

AB

154140

Vivus eo dicit dominus nolo me
peccatoris sed ut conuex
fatur et uiuat

Winsthemius
Lutherus dicebat bell
et unum ex summis
operibus charitatis
non nisi in suprema
necessitate in rebus sumis
utendum

Montanus
Sui, nat, non
Sine nationem
vale nomen

in diebus illis

GROBIANVS
DE MORVM

SIMPLICITATE LI
BRIDVO, IN GRATIAM

omnium Rusticitatem amantium
conscripti, per Fridericum
DEDEKINDVM.

Iron Chleuastes Studiosæ
iuuentuti S.

*Ethica concedant ueterum morosa Sophorum,
Cedat Aristoteles, cumq; Platone Cato.
Concedat Cicero latius, concedat Erasmus,
Et quotquot morum de grauitate docent.
Hic liber exactam dat morum simplicitatem,
Eq; noua nuper prodijt ille schola.
Hunc, studiose puer, uigili perdisce labore,
Si capis ornatus moribus esse bonis.*

IMPRESSVM
FRANC. AD VIADRV M
per Ioannem Eichorn, anno

1550

in parte mala li. per

BVRCHARDVS MITHOBIVS

D. studioso lectori S.

Simplicitas morū hīc numeris descripta facetis
Floret, ut Hyblæis Dædala terra rosīs.
Non semper tristi ducit sua tempora uultu
Prudens, sed curas temperat ipse iocis.
Nec semper pluuiæ stillant, sed solibus orbis
Aestuat interdum, lucidaq; astra micant.
Dulcia sic miscent austero sachara bacho,
Illa uetus faciunt suauius esse merum.
Sic iucunda solent tetricum cohibere Catonem.
Haustaq; præduros uina iocosa cibos.
Legibus & rigidis esset quò gratia maior,
Tecta hīc sunt placidis seria multa iocis.
Quæ legito, & mœstum mirari desine Crassum,
Et discas mores per ioca leta bonos.

Vale.

SINGVLARI ERVDITIONE ET

humanitate uiro, Dn. Simoni Bingio,

Hessorum principis Secretario,

amico suo, S. D.

Multi quidem, ornatissime Bingi, de moribus scripserunt, idq; diligentissime: sed quantum sua diligentia uiri doctissimi profecerint haecenus, nemo non uidet: adeo enim res non successit, ut ferè rusticitas morum indies augeat magis. Profectò quando mecum considero, quanta sit nonnullorum barbaries, & affectata propemodum rusticitas maximè uerò eorū, qui uel cum primis urbani audire uolunt, magna illorum commiseratione tangor, quod eò insanie peruenerint, ut turpissimi cum sint, pulchrè tamen morati uelint perhiberi: quales equidem multos noui, qui eam solam ob causam se putant factos, & elegantibus moribus conspicuos, quòd omnibus ob scurilitatem sint ridiculi. Adeo morbus in naturam abiit, ut iam eius grauitas sentiri & animaduerti desierit. At quando eos quoq; qui Musis initiati sunt, eadem morum barbarie uti, turpiterq; apud omnes dare se, & inciuilissima quaeq; agere conspicio, partim illorum turpitudini irascor, partim uerò infelicitatem eorundem commiseratus, doleo, quòd per bonas artes (quas ut poëta canit, fideliter didicisse emollit mores,

A 2 nec

in parte mala li. per



nec sinit esse feros) nihil sit correcta rustica mo-
rum inciuilitas. Certè literæ sine moribus, plus
dedecoris, quàm ueræ laudis homini adferunt, ut
quæ ingeniorum malitiam non modò non tegant,
sed magis etiam prodant, omnibusq; conspicuam
reddant. Enimvero literæ tum demum suos com-
mendant cultores, cum ad eruditionem sermonis
festiuam suauitatem & comitatem, morum uerò
honestatem, conuenientemq; urbanitatem adiece-
rint. Vbi uerò hæc neglectui habuerint, profectò
eruditione commendari, aut ab ignominia uindi-
cari non facile poterunt. Quis non malit habere
domi suæ bonis moribus ornatam familiam, lite-
rarum rudem, quàm omni literatura instructam,
si morum concinna honestate interim destituatur?
Pleriq; enim persuasum habent, hominem litera-
tum, qui bonis moribus non studet, ad omne ge-
nus nequitiarum esse armatum: eoq; magis miror,
inueniri, qui hanc philosophiæ partem ausint alijs
rebus longè leuioribus posthabere, & ea contem-
nere, in quibus maximi etiam uiri diligenter ela-
borare non sunt dedignati. Sed quia plurimi sunt,
qui ea pro rebus leuiculis habeant, hinc fit, ut tam
multis clarorum hominum scriptis adeo parum
proficiatur. Si qui seriò & grauitè de morum
emendatione admonent, odio habiti, deferuntur.
At, qui blandè ad ciuilitatem inuitant, iridentur,
contemunturq;. Hoc consideranti mihi, uisum
est

est alia uia ingredi, & contrariam prioribus
huic malo curationem adhibere. Non quidem,
quod in hoc uiris illis doctissimis prudentiorem me
iudicem, sed ut fortunam experiar, si fortè con-
tingat, ut aliquantò fortunatior illis, pestilentem
illum morbum, morum inquam foeditatem, non
dico tollere (quod fieri non posse ualde metuo)
at lenire saltem & tollerabiliorem reddere que-
am. Quemadmodum in desperatis morbis non-
nunquam fieri solere accepimus, ubi, si calefaci-
entibus nihil erat profectum, medici ad frigidam
conuersi inspiratam laboranti opem attulerunt.
De morum ergo rusticitate, quaecunq; hoc car-
men edere placuit, quo ea fieri mandamus, quæ ab
omnibus inciuilia, & in liberalibus ingenijs ne-
quaquam ferenda, facile iudicantur. Idq; eo ma-
ximè consilio à nobis est factum, ut foeda morum
sordidorum turpitude ob oculos posita, & suis
quasi coloribus depicta, omnibus sit conspicua,
eoq; maiori cum studio fugienda esse censeatur.
Ita legimus, Lacedæmonios olim suis liberis ebri-
etatem, ut rem turpissimam, omnibusq; modis ui-
tandam in seruis ob oculos posuisse, quos seruos
cogebant, ut uino largius exhausto ebrij redde-
rentur, atq; tum omni sensu & ratione ob ingur-
gitationem uini nimiam priuatos, filijs suis exhi-
bebant, ut ipsi coram uidentes ebrietatem ex ho-
mine brutum facere, in perpetuum ab istiusmodi

A 3 turpi-

turpitudine abhorrent. Eodem & nos consilio
quedam rusticitatis capita, qualicunq; uersu de-
scripta, congesimus, eo tantum animo, ut cum ea
satis turpia esse uideantur, nonnullos saltem, qui
adhuc aliquam ingenuæ indolis scintillam habe-
rent, ab istiusmodi inciuitate absterreremus:
non autem ut quorundam perditorum hominum
plus quam scurrilibus patrocinarerur ineptijs,
aut si palam eos reprehenderemus, uicijs nomina-
tim expressis, odium nobis conciliaremur. Neq;
enim ignorabamus ea esse nostra tempestate inge-
nia, quæ serio rusticitatis nomine se reprehendi
non sint passura. Vnde etiam fit, ut facile malam
ineat gratiam apud inciuium turbam, præsertim
apud iuuentutem, quæ plerunq; est monitoribus
aspera, qui de inciuitate quenquam uel admone-
re, ne dum seuerius reprehendere tentet. Atq;
ita dum nemo alterum libens offendit, multa dis-
simulata tolerantur, quæ per amicam & saluta-
rem admonitionem erant corrigenda. Cum uerò
noster hic libellus, quasi iocans & aliud agens,
pleraq; rusticè dicta aut facta notet, et reprehen-
dat, puto fieri posse, ut non ita indignè ferant ho-
mines isti simpliciore, si, quod dixerint aut fece-
rint minus conuenienter, id in libello de morum
simplicitate scriptum esse, uel adhuc scribi oport-
ere, conuicti fuerint. Quis non iudicet omnis ci-
uilitatis, imò & humanitatis expertem esse eum,
qui

qui iocosam istiusmodi admonitiunculam, adeo
grauiter ferat, ut ob eam capitales inimicitias si-
bi cum monitore suo putet esse suscipiendas? Quod
si omnino talis fuerit inuentus, ille certo sciat, se
quoque locum in nostro hoc libello habiturum, tuque
aequissime Bingi (te enim huius libri dominum, &
inciuium iudicem constituo) ad eos illum con-
demnabis & reijcies, quos hic introduxi rusticis-
simos. Non parua enim inciuitatis pars esse ui-
detur, quod qui maxime inurbanus est, sui se uicij
admoneri non possit ferre. Et quo iure, qui extra
ciuilitatis metas est euagatus, si à ciuilibus, a-
micè reprehensus, & melius institutus fuerit, in-
dignabitur? At quid nobis cum illis, qui omnino
monitorem ferre nequeunt? non enim cum despe-
ratis & deploratis ingenijs nobis res est: sed illis
scribimus nostra hæc: illis edimus & donamus,
qui ob uitia admoniti, erubescunt: si illis quoquo
modo profumus, satis est, cæteri ualeant. Equi-
dem de me hoc testor, nullius hominis in contume-
liam hunc librum me congesisse, sed eo simplici-
ter animo, ut quasi ridens ea, quæ mihi uidebantur
esse fugienda, exprobarem: nec dubito, quin æqui
iudices aliter de me non sint pronunciaturo, sed
omnis potius temeritatis (siquidem temeritas est
fortunam in re non ita periculosa experiri) ue-
niam mihi daturi. Sed erunt procul dubio non-
nulli seuerioris iudicij homines, qui me planè cum
A 4 hoc

hoc inepto poemate explodendum iudicent, eo
quòd bonis moribus contraria, & ciuilitati repu-
gnantia scribens, rusticitatem introducere, mo-
rumq; grauitatem euertere uidear. Contra istos
tua, mi Bingi, autoritas auxilio mihi sit precor,
ne liber hic, qui tuum nomen præfixum habet,
calumnijs oppressus pessum eat. Cùm enim ad sum-
mum gradum iam pridem omnis rusticitas perue-
nerit, & tanta passim conspiciatur petulantia,
ut nihil possit addi, iniuria profectò hoc ego no-
mine accusor, qui ne data quidem opera, & om-
nibus neruis intensis maiorem introducere, quàm
modò est, inciuitatem queam. Imò etiam tacen-
te me foedissima quæq; perpetrare iam pleriq; ne-
uerunt, adeoq; nihil in hoc opusculo scriptum in-
uenietur, quin antea longo usu tritum obseruaue-
rimus. Si itaq; meo hoc labore nemini prosum (in-
uotis sanè habebam, prodesse plurimis) satis cer-
tus sum, obesse me nullo modo posse; ac proinde
superuacaneum esse arbitror, uerbosius huius fal-
sò intentati criminis culpam amoliri, aut ueniam
rogare. Nostri consilij, ornatissime Bingi, ratio-
nem habes, restat ut à te contendam, quò libellum
hunc unà cum eius autore in tuam tutelam recipe-
re non auerferis. Cùm enim mira sis festiuitate, &
ingenij acumine ornatus, tibi nostros hosce lusus
inscribere uolui, teq; patronum ac defensorem le-
gere, ut qui librum hunc facile, ubi rectè habere
uisus

uifus fuerit, defendere: ubi uerò nonnihil deui-
re iudicari poterat, excufare pro ingenij tui de-
xteritate poffis. Quòd fi qua præcepta, q̄ uel cum
primis commemoranda erant omiffiffe me anim-
aduerteris (omiffiffe uerò me agnofco plurima)
ipfe ea fupplere, & obfcura interpretari, ubi tem-
pus tulerit, ne graueris oro. Liberimam enim
tibi huius libelli poteflatem facio, non folùm tua
autoritate munitus in publicum prodeat, uerùm
etiam ut liberum tibi fit, quofcunq; ruflicè agen-
tes uideris, aut ab alijs audieris, ad fuum quenq;
locum deftines, & quo in capite uifum fuerit, re-
ponas. Plurimum enim iudicio te ualere, ut facile
difticere queas, quo quis loco dignus fit, cenfeo.

Vale unice studiosorum amator: meq;

& librum hunc commenda-
tos habe. Datum

Mundæ, Calen. Maij. Anno

M. D. XLIX.

Fridericus dedekindus.

A 5

DE ANTIQVA MORVM

simplicitate, liber primus Friderico

Dedekindo autore.

SI cui simplicitas morum, uitæq; probatur,
Quam colit in campis rustica turba suis:
Hæc legat, & simplex euadet protinus, ista
Quæ monstro, saltem si uolet ille sequi.
Non equidem laudo cuicumq; placere uolentes,
Et laudum cupidi qui nimis esse solent.
Laudo qui possunt aliorum spernere de se
Iudicium, & fortes hos reor esse uiros.
Quiq; bono nunquam se submisere magistro,
Qui se, quæ faciunt cuncta, decere putant.
Tu mihi propitius non dedigneris adesse
Syluane, ô pinu, cincte uircente caput.
Rem magnam aggredior, mores formare laboro,
Quo rudibus socijs utilis esse queam.
Hanc tractare tuo rem non sine numine possum,
Pectora sunt nutu nostra regenda tuo.
Iunge tibi socium Diuûm, qui præsidet hortis
Ut iuuet afflatu carmina nostra suo.
Este mihi faciles agrestia numina Fauni.
Et Satyri, petulans turba, fauete mihi.
Almaq; rusticitas, nostro Dea maxima seculo,
Huc ades, & uatem dirige prompta tuum.
Heu quàm difficile est, mores formare pudendos,
Si mea mens uestra destituatur ope.

Caput

CAPVT I.

Quisquis es, à nullo qui te patiēre doceri,
Imperia & qui non uis aliena pati:

Hinc pete degenda præcepta salubria uitæ:

Si tibi simplicitas rusticitasq; placent.

Cùm primū ē tepido libitū tibi surgere lecto est, 1

(Quod fieri mediam uix decet ante diem)

Egregiē ciuilis eris, si nulla parentes

Manē salutandi sit tibi cura tuos.

Prospera quantumuis optes, quid proderit illis?

Cùm dare non possis, quamlibet usq; uelis.

Nec surgens membris uestes superindue, nudæ 2

Indusium satis est imposuisse cuti.

Sed uestes reliquas geminis complectitor ulnis.

Frigida si forsā nonnihil urit hyems.

Scilicet in calido iucundius est hypocausto

Induere, à seuo ne uiolēre gelu.

Nec moueat, uirgo uel foemina si sit ibidem,

Tu tamen utaris moribus usq; tuis.

Siq; tuis quisquam factis offenditur, illum

A te si nolit cernere, abire iube.

Cùm tandem indutus fueris, pendere solutas 3

In genibus caligas (res decet ista sine.

Nam sic uirginibus mirē, mihi crede placebis:

Teq; sibi optabit quæq; puella uirum.

Non sat eris simplex, si uestimenta ligare

Cœperis: & uentri uincula dura nocent.

Ne nis

in genere mala lixer

- 4 Ne nimis euadas moratus, pectere crines
 Neglige, neglecta est forma decora uiro.
 Fœmineæ, crines ornare, relinquito turba:
 Seq; coment iuuenes, quos leuis urit amor.
 Eximio tibi erit decori, si pluma capillis
 Mixta crit, & laudē non minimā inde feres.
 Nempe ex hoc homines poterunt cognoscere
 Non in stramineo te cubuisse toro. (signo
 5 Sint crines capitis longi, nec forpice tonsi,
 Cæsaries humeros ut tegat alta tuos.
 Ut defendaris nocituræ à frigore brumæ,
 Idcirco longus crinis alendus erit.
 Nam nostri proau longos habuere capillos:
 Tunc fuit in longis gloria magna comis.
 Simplicitas ueterum laudatur ubiq; uirorum:
 Hanc laudem ut possis participare stude.
 6 Dedecus esse puta faciē tue manūsue lauare,
 Laus est quòd crasso sordet utrunq; luto.
 Qui uolet his uesci, per me licet, ipse lauabit,
 Dicit: res curam non parit illa mihi.
 7 Si te fortè aliquis dentes mundare monebit,
 Ne dicto auscultans inueniāre caue.
 Recta ualetudo nimirum perditur oris,
 Si quis fontana proluat illud aqua.
 Quid noceat dentes quòd sint fuligine flauis?
 Iste color rubei nam solet esse croci.
 Iste color fuluo quoq; non culpatur in auro,
 Auro quod nunquā non amat omnis homo.
 Denti

Dentibus ergo tuis cur sit color iste pudendus?

Si sapis hanc à te fac procul ire fidem,

C A P V T II.

Poscere quod comedas, cum uix dum lumi-
na somnus

Liquerit, in primis commeminisse uelis.

Tota conde uola, quam primum acceperis escā, 2

Pinguedo in digitis ut tibi multa fluat.

Tum poteris uti quadris cum prandia sumes:

Iam satis est sola continuisse manu.

Prandia quo gestu, qua sint ratione uoranda,

Illius exiguo tempore certus eris.

Sed mihi nonnullis de rebus es antè monendus,

Concio non adeo longa futura mea est.

Quo possis totum pacto componere uultum,

Et corpus paucis ante docendus eris.

Cum primis caueas, ne fortè modestia mores, 3

In bene uiuendo temperet ulla tuos.

Non hominem rectis quenquam intuearis ocellis 4

Sed malè distorto lumine cuncta uide.

Esse uerecundis oculis sine laudis amantes, 5

Et qui uirtuti conuenienter agunt.

Tu quocunq; libet tibi, lumen utrunq; uagari

Permitte, hoc multum simplicitatis habet.

Mirè est conueniens, ut frons sit torua mimaxq; 6

Et faciem rugæ mille decenter arent.

Qualis aratori facies solet esse iuuenco,

Verbera qui lanio percutiente tulit.

Vcl

in genere mala licet



Vel qui se contra riualem ad bella parauit,
Et furit, & feruens non capit ira modum.
Talis erit iuueni generoso uultus habendus,
Qui laudem, quòd sit fortis, habere uolet.
Ex uultu siquidem uirtutes pectore clausas
Colligere, exiguo quisq; labore potest.
7 Sunt quidam soliti suspendere naribus aurum,
Vel gemmas, quales India diues habet.
Has tibi diuitias fortuna inimica negauit,
Pendeat à naso fac pituita tuo.
Qualiter à tectis dependens tempore brumæ
Condecorat totam stiria longa domum
Sic pituita fluens geminis à naribus, ornat
Illos qui cultum simplicitatis amant.
Hæc uili precio potes ornamenta parare,
Quæ tibi non paruum sunt paritura decus.
Sed modus est rebus seruandus in omnibus, ergo
Hanc tibi mensuram, qua modereris habe.
Cùm mucor patulo manans influxerit ori,
Tunc emungendi tempus adesse scias.
Illud si cubito facies, ciuilior alter
Non erit: hanc laudem solus habere potes.
Aut si pileolo uel ueste utaris ad illud,
Non parua fueris simplicitate rudis.
Totam implere manum, sacraeq; illidere terræ,
Ut sonitum tota reddat in æde, decet.
Et iaceat: quid tu cures? pede proterat ille,
Qui se mucorem posse uidere negat.

Vidi

Vidi equidem multos speculum de more gerentes:
(Appensum manicæ funibus illud erat)
Illorum exemplum tibi tu propone sequendum,
Pituita speculi sed subeunte uicem,
Edere nare graues sonitus, & ducere ronchos, 8
Eduersus mores non reor esse bonos,
Sternutare uolens, uicino obuertito uultum, 9
Non poteris quoquam uertere commodius,
Ut sternutanti si fortè optare salutem
ille tibi uellet, te mèruisse sciat,
Esse pudens caueas, ullàue rubescere culpa, 10
Criminis admissi quos piget, illud agant,
Turpia quantumuis dicantur uerba, notari
Indignum reputes esse, rubore genas,
Tu quoq; uerba loqui nonnunq̄ obscœna memèto:
Ne rerum ignarus, ne uidearis iners,
Si noua quis narret, quæ non audiueris ante: 11
Nec, quod ad hæc aptè uerba loquaris, habes:
Tum uelut incautas cupias comprehendere muscas,
Intentus dictis ora patere fines,
Si qua uidebuntur sublato digna cachinno,
Te primum, bene qui rideat esse uelim,
Sic quoq; ut in tota ridentem audire platæa
Te possit, per eam si quis habebit iter,
Cùm rides ambas os diducatur ad aures, 12
Et Barathri fauces instar hiare sinas,
Ut scabri dentes uideantur ab omnibus inde
Ridenti accedet gratia magna tibi,

Hunc

in genere mala li. ver



Hunc gestum siquidem docuit natura, probatq̄:
Mordacis dentes cernis in ore canis.
Cur non à canibus tibi uitæ exempla petantur?
Non frustra hos rerum condidit ipsa parens.
Disilio risu, geminare subinde memento,
Sic homines stolidum te satis esse scient.
Interdum nulla caussa existente cachinnum
Tollere, non modicum laudis habere puta.
Namq̄; homines, à te se risos esse, putabunt:
Tuq̄; tuo pulchrè munere functus eris.
13 Si qua uoles falsa mendacia dicere lingua,
(Vera autem debes non ita sepe loqui)
Post duo uerba semel, uel bis tussire decorum est:
Imò etiam multum commoditatis habet.
Forsitan in promptu non sunt quæ uerba loquaris
Non malè, dum tussis, hæc reperire potes.
Nec te uerba loqui commenta intelliget ullus,
20 Vsq̄; adeo ingenio pectora nulla ualent.
14 Si uerò tussire uoles, hanc noueris artem,
Ad faciem alterius sit tua uersa uide.
Hauriat ille tuæ spiracula crassa Tracheæ,
His illi poterit gratius esse nihil.
Si quem reppereris ægre tua facta ferentem,
Huic os obtura uerba per ista suum:
Vnde tuæ uenit tam magna superbia menti?
Vel tua quo fastu pectora stulte tument:
Cur qui procedit nostro de corpore uentum,
Tanquam spirarem seua uenena, fugis?

Tu quoq; de massa mecum formatus eadem es,
Nec reliquis purum te magis esse reor.
Ergo, licet nostri flatus exceperis oris,
Attamen ut fueras antè manere potes.
Quando uenit ructus, cur hunc retinere labores? 15
Imò ut liber eat, uoce iuuandus erit.
Nec facile poterit, quando uolet ire, teneri,
Et tibi, si teneas, damna timenda feret.
Flatus enim stomacho si concludatur operto,
Corruptus, morbos & mala multa dabit.
In caput ascendet, totumq; in corpus abibit,
(Heu nimio precio stat pudor ille tibi.)
Omnia membra nimis tetro inficientur odore,
Et fiet turpi putrida tabe caro.
Nescio quid redolens hinc fiet anhelitus oris:
Et malus alterius spiritus oris erit.
Hæc ut præcaueas, & ut hæc incommoda uites,
Nullus sit ructum uelle tenere labor.
In latas etiam cum uis prodire plateas, 16
Purgatum capitis tegmen habere caue.
Qui nimis est elegans, cum simplex debeat esse,
Ridendus meritò cuilibet ille uenit.
Nec, quamuis multo sit calceus undiq; cœno 17
Oblitus, ut purges sit tibi cura uelim.
Quid purgare iuuat, cum sit tibi rursus eundum
In cœnum? Vanus nonne erit iste labor?
Et toga longa pedes tibi demittatur ad imos: 18
Hoc erit antiquæ simplicitatis opus.

B

in genere mala liber

Sic post te uerret plantæ uestigia, ne quis
 Quò sis progressus, cernere possit iter.
 19 Aut si non placet hoc (quoniã noua tempora mores
 Insuetos secum ferre subinde solent)
 Veste breui induitor, quæ uix tegat undiq; lumbos,
 Quæ tibi detectas non uctet esse nates.
 Hoc cultu gaudent, qui Martia castra sequuntur,
 Quiq; modò nomen nobilitatis amant.
 A cunctis igitur quò nobilis esse putêris,
 Cura sit ut semper ueste tegâre breui.
 In quacunq; modum re conseruare decorum est:
 Ista sed hoc saltem regula falsa loco est.
 Neglectus iuuenem cultus decet, inquit Erasmus:
 Quis dubitet tantum dicere uera uirum?
 Huic igitur credens uestitum negligere, nec te
 Qui cultus deceat respice quiue minus.
 20 Brachium utrunq; simul post terga reflectere disce,
 Seu stes, seu uicos fortè per urbis eas.
 Sed ne sedulitas mea sit prolixior æquo,
 Rem totam uerbis significabo tribus.
 Hoc debes totam studio componere uitam,
 Sic debes mores instituisse tuos:
 Vt qui te uideat, non falsò dicere possit:
 Hic uere simplex est, & agrestis homo.

CAPVT III.

Ecce puer mensam iam pridem strauit, & ecce
 Fercula sunt auidæ lauta parata gula.
 Gaude

Gaude, mox etenim patinis adhibebere plenis,
Hæc releuant seuam pharmaca sana fament.
Te tamen antè tuo domino seruire decebit,
Post, quod edas rapido protinus ore, feres.
Iamq; quibus deceat te moribus esse, docebo,
Tu modò ne dubita moriger esse mihi.
Non præcepta tibi nimium subtilia tradam,
A te sollicitus sit procul ille timor.
Quæq; tibi hîc tradam, semper facienda memento,
Perq; tibi cunctos esse tenenda dies.
Siue tuo solus domino, seu pluribus adsis,
Siue domi sumas prandia, siue foris.
Est eadem ratio multis seruire, uel uni:
Et tibi mos idem semper habendus erit.
Cùm seruire uoles prudentibus, exue uestem.
Seruitium impediât ne toga laxa tuum.
Et quàm sis gracilis poterit bene quisq; uidere:
Laus ea nequaquam reijcienda tibi est.
Si caligis saltem fueris thoraceq; tectus,
Non, qui plus à te postulet, ullus erit.
Quasq; geris uestes, minimè decet esse ligatas,
(Vt paulò rectè doctus es antè mihi.)
Quas natura tegi partes mandauit, ad illas
Demittas geminas absq; pudore manus.
Sic stans, matronis castisq; placere puellis,
Laudatisq; uiris te bene posse puta.
Ah ualeant isti, pede qui nituntur utroq;
Qui sua sollicitè crura locare solent.

*Nota mihi
hoc puer*

B 2

in gente mala licet

Tu pede nunc dextro, nunc læuo insiste uicissim,
 Idq; fac, ut nunquam stes in utroq; simul.
 Sic dum niteris hoc, requies conceditur illi:
 Alterna requie quæ caruere labant,
 Semper & instabili gressu titubare memento,
 Ne, si tranquillus stes, uideare piger.
 Scilicet & fabri titubant, cum follibus auras
 Accipiunt: nec res dedecet ista fabros.
 Cur igitur tibi non quoq; sit res ista decori?
 Num tu quid maius quam faber esse cupis?
 4 Utq; manu nunquam non gesticuleris utraq;
 Cura, res magna est non tenuisse manus.
 Ocia nam cuncti culpæ ignaua solemus,
 Hæc tu, laudari si cupis, usq; fuge.
 Nonnihil ergo manu fac semper utraq; labores,
 Ne te desidia nomine fortè notent.
 Si nihil est quod agas, digito te scalpe sub aurem,
 Ni malis totum scabere ubiq; caput.
 Vel capitis tegmen digitis asuesce rotare,
 Vel gestus habeas, qui tibi cunq; placent.
 5 Aut tua ceu toruus disponito brachia miles,
 Ut te pugnacem, qui uidet ipse putet.
 6 Nil, nisi sis iussus facias, nihil utile tractes,
 Facto quantumuis esse putaris opus.
 7 At si quis fuerit, quem non satis esse putabis
 Compositum, hunc oculis aspice sæpe tuis.
 Attentè quicquid faciet, dicetue notato:
 Quo sit uestitus, quo sedeatq; modo,
 Obserues

in gente mala lijer

Obserues epulas, quo gestu pocula sumat,
 Qua ratione suas collocet ille manus.
 Siq; tibi illius mores & uita uidentur
 Vel modicum risum, uel meruisse iocum.
 Sufficiens caussa est, tu magnum tolle cachinnum,
 Teq; illud minimè dissimulare uelim.
 Imò et in illius iacito dieteria uitam,
 Sic fiet sapiens, qui modò stultus erat.
 Quoq; hominum fuerit numerosior illa corona,
 Illo mordaces tu magis æde iocos.
 Fercula fortassis mensæ noua ferre iuberis, **S**
 Hac ut sis semper præditus arte uide:
 Protinus è disco meliorem præripe partem,
 Hanc seruare bono tu tibi iure potes.
 Scorteæ non alios tibi pera feratur ad usus,
 Quàm si nonnunquam tollere pauca uelis.
 Hoc etiam si quis te fortè obseruat agentem,
 Propterea minimum commoueare caue.
 Quin etiam si te uerbo obiurgauerit uno,
 In promptu, factum quo tuearis, habe.
 An non indignum est reliquis comedentibus, inque:
 Me tanto duram tempore ferre famem?
 Hoc ubi dixisti, nihil amplius ille loquetur,
 Verbaq; continuò per tua uictus erit.
 Postea cum debes imponere fercula mensæ, **S**
 Cures, ut placidè non nimis illud agas.
 Tam placidè pones, ut ius cum carne resultet,
 Panisq; infuso iure natære queat.

B 3



- 10 Cum satis ederunt, debentq; superflua tolli,
Tali te poteris semper habere modo:
Clam te subducas, ut & hunc uitare laborem
Possis, ne, uires quo superentur, agas.
Reliquias dominus de mensa colligat ipse,
Apposuisse dapes dic satis esse tibi.
Et satis expectasse diu, stomachumq; latrare,
Hunc modo placandi tempus adesse tibi.
At si te uerbis reuocauerit ille seueris,
Incipe, sed lento, uelle redire gradu.
- 11 Quumq; redis, nullo quæ restant ordine tolle,
Namq; ad tollendos nil facit ordo cibos.
- 12 Tollito multa simul, ne sæpe recurrere fesso
Paucula tollenti, sit tibi forsân opus.
Ire per ambages, cum sint compendia præsto
Stultitiæ summum dixeris esse gradum.
Sic quoq; reliquias paulatim tollere, & orbes,
Stultum est, cum possis cuncta leuare simul.
Tum si cuncta cadent, erit excusabilis error:
Nam nimis immiti pondere pressus eras.
Vix qui te multum superaret robore & annis,
Tam magnum facile ferre ualeret onus.
Si nemo iubeat, non debes tollere lapsa,
Sed spectes oculis, quæ cecidere tuis.
Et ridere potes, quasi res bene gesta fuisset:
Idq; tibi uitio uertere nemo potest.
- 13 Sin fueris iussus, tum lapsa recollige tristis,
Ac quasi poeniteas, signa dolentis habe.

Tollere

Tollere cuncta simul si non potes, accipe partem,
Cetera per terram sparsa iacere sine.
Non equidem spero fore de prudentibus ullum,
Deflendum facinus qui putet esse tuum.
Imò cum risu tibi digna encomia laudum,
Quæ nimia es meritis simplicitate canent.

CAPVT IIII.

IMproba nunc tandem te post ieiunia, mensæ
Sumendisq; potes ritè parare cibus.

Vincula si uentrem constringunt ulla, relaxa, **1**
Ut factus liber quolibet ille fluat.

Ne tamen omnino nihil esse puteris honestus, **2**
Vincula non debes soluere cuncta simul.

Pauca potes, si sunt, constricta relinquere lora,
Hæc post commodius soluere tempus erit.

Ante lauare manus, quam sumas prandia, nunquam **3**
Inducas animum, muneris esse tui.

Quinetiam longos præscidere non decet unguis, **4**
Vnguibus in longis gloria magna latet.

Vnguibus accipiter curuis quoq; præditus est, sed
Principibus tamen haud displicet ille uiris.

Si quis honoratus debet discumbere tecum, **5**
Ut sedeas primo, sit tibi cura loco.

Surgere si quisquam sella te iusserit illa,
Tu parère in gens crimen habere puta.

Nec dubites magnum tibi dædecus esse, supremo
Si pulsus, sedeas inferiore loco.

B 4

in gente mala liber

Cur alij cedas, quo non sit dignus honorem?
Cur tibi, non alijs, iste negetur honos?
An dubium est, unum cunctos habuisse parentem?
An non æquè omnes puluis & umbra sumus?
6 Serius ad mensam si fortè accesseris, atq;
Pransuro sedes iam tibi nulla uacat.
Stare diu minimè tibi conuenit: utile membris
Hoc erit, ut sumas prandia leta sedens.
Pelle loco socium, qui, quòd sit uiribus impar.
Nil tibi pro rapta scde nocere potest.
Cedere si nolet, nolentem detrahe collo,
Cedere maiori præcipit ipse Cato.
7 Quòd si panis adhuc cultello hesternus adhæret,
Aut magis est alio sordidus ille luto:
Huic uitio poterit succurrere calceus, illum
Exue, si cotis destitueris ope.
Exutum uertas, uersoq; illidito cultrum:
Inde tibi splendens, inde & acutus erit.
Si te quis fuerit sic admiratus agentem:
Respondere potes, moris id esse tui.
8 In mensa fuerint cum fercula lauta locata,
Sit tua ut in patina dextera prima, uide.
Et, tibi quòd placitum fuerit, citus arripe frustum,
Ne tibi præreptum forsitan alter edat.
Si sapis, hunc morem semper seruare memento,
Vtile id est uentri, conueniensq; tuo.
Quòd si te limis inspexerit ullus ocellis,
Dicito: quisq; solet proximus esse sibi.
Forsitan

Forsitan in disci procul à te parte remota,
Tollere quam cupias, portio lauta iacet:
Et tibi, nullus adest hominum, qui porrigat illam,
Arripe protensa protinus ipse manu.

9

Quid refert etenim, quòd non in parte propinqua,
Te coram, ut positum debuit esse, fuit.

Nescio quid ciuile sapit, conuertere discum

10

In gyrum, ut ueniant frustula lauta tibi.

Hoc factum tali potes excusare colore,

(In dictis lepidus quò uideare tuis)

Vt sic in gyrum cœlestia sidera uolui

Dicas, nec stabilem semper habere locum.

Tunc quos effectus habeant uiresq; Planetæ,

Vicinus poterit commemorare tuus.

Si quid de lautis dapibus tibi reddet amicus,

11

Arripe, quò citius fiat, utraq; manu.

Quodq; dedit retine totum, totumq; uorato,

Vicino reddas & nihil inde tuo.

Quiq; tibi dederat, non debes dicere grates,

Quamuis sit magno dignus honore coli.

Ipse mihi poteram, quæ uellem scindere dicas:

Crede tuo officio non opus esse mihi.

Hæc semel atq; iterum responsa dedisse iuuabit,

Et iam, quid prosint hæc tibi, certus eris.

Nempe tibi nemo post factum porriget illud,

Frusta ex appositis ulla uoranda tuis.

Ipse igitur poteris sic quæ tibi cunq; placebunt,

Et iuxta arbitrium sumere quæq; tuum.

B S

in genere mala liber

12. Omnia per patinam conuertas, omnia tentes:
Non nisi quæ placeant, sunt comedenda tibi.
Pectora sæpe grauis mortalia detinet error,
Et quæuis uisum fallere caussa potest.
Sæpius aspectu quod pulchrè apparet epimum,
Lautum, si gustes, experiere parum.
Mox igitur lingua cautus gustuq; probato,
Arrident oculis fercula si qua tuis:
Si sapor est gratus, nec displicet ille palato,
Non opus esse, puto, me monitore tibi:
Sin expectatum deprendis abesse saporem,
Hoc nostro quid agas carmine certus eris.
In discum rursus si uis iactare, licebit:
Cur etenim stomacho quod malè quadret edas?
Vel retinens, quacunq; libet tibi parte, uorato:
Hoc equidem nullum posse uetare putem.
Compressam digitis arrodere dentibus escam,
Et decet, & secum commoda multa uehit.
Hoc ubi fecisti, patinæ uis reddere? laudo:
Sic alius reliquum, si uolet, esse queat.
Commodius tamen & ciuilius esse putarem,
Vicino ambesum proposuisse bolum.
Accipiet lætus, gratesq; tibi insuper addet,
Te quòd adhuc memorem sentiet esse sui.
Et statuet secum, quòd sit tibi summus amicus,
Et quòd se uero cordis amore colas.
Colliget hoc facilè, quia de quibus ederis ipse,
Des, etiam cum te non roget ille, sibi.

Vt

Vt tibi prospectum sit, post te pocula reponas: 13

Nec quis ut inuito te bibat inde fines.

Cum bibis ex illis, reliquis sitientibus inque:

Vt sibi procurent, si quid habere uolent.

Cum bene de primo replesti uiscera misso,

Et iam quæ placeat uenerit esca tibi, 14

Si qua ligata tenent uentrem, iam uincula solue,

Ad præsens fias ut magis aptus opus.

Iamq; tuis si quid corrosæ carnis inhaeret 15

Dentibus, id cultro demere conueniet.

Cum caro fallacis Crocodili in faucibus hæsit,

Alitis exigui tunc reuelatur ope.

Ora etenim uolucrum rostris elingua pandit:

Hac scit succurri dentibus arte suis.

Hac opus arte tibi non est, tantum utere cultro:

Nec patiare tibi ut foeda ministret auis.

Quodq; extraxisti de dentibus inspicere, quid sit,

Tum ne quid percat, protinus illud cede.

Aut aliud, non purgato prius accipe cultro,

E patina frustum, quod tibi cunq; placet.

Id mox uicino comedendum porrige, dentis

Ille tui sordes spurciciemq; uoret.

Hoc pacto potes à cunctis urbanus haberi,

A te si quisquam uiderit ista geri.

Nescio cur quidam soleant abstergere cultrum, 15

Cum de communi scindere pane uolunt.

In pane utilius culter detergitur ipso,

Cum pane abstersus quo comedatur adeps.

Hoc

17 Hoc etiam (quamuis nonnil uideatur agreste)
 Ventri conueniens arbitror esse tuo.
 Si quas forte dapes in prandia miserit hospes,
 Quas speras lautæ posse placere gula,
 Exime de patulo mucorem nare fluentem,
 Exemptum tota conglomerato manu,
 Idq; uel in mediam coram omnibus iniice lancem,
 Vel saltem gestus iniicientis habe.
 Sic reliquos dapibus citò deterrebis ab istis,
 Quodq; erat appositum solus habere potes.
 Fecit idem quondam uir famigeratus ubiq;
 Cui nomen speculo noctua iuncta dedit.
 Hunc homines cuncti laudant, mirantur, honorant,
 Hunc uita & factis posse referre student.
 Illius quoq; tu quantum potes, indue mores,
 Et toto in mundo postmodo clarus eris.
18 Quem tibi præscribam sumendi prandia finem,
 Quis modus huic operi debeat esse, rogas?
 Desine cum repleta nimis distenditur aluus,
 Cum uentrem rumpi præ grauitate times.
 Hic mihi præterea fueras non pauca docendus,
 Inter prandendum quæ facienda forent.
 Sed uetat hoc breuitas fugitiui temporis, ergo.
 Plus dicam, quando cœna parata tibi est.

CAPVT V.

I Ambene uisceribus per splendida fercula pastis,
 De rebus nullis anxius esse uelis.

Scd

Sed tua per scamnum composito membra sopori,
In quo sunt scamno prandia sumpta tibi.
Sic iaceas, donec coenandi uenerit hora,
Tunc tibi de somno surgere tempus erit.
Dum dormis, poteris crepitus impune frequentes 2
Edere, nec qui te carpere possit erit.
In manibus cum non habeas, potuisse tenere
(Si quis uerba tibi dixerit ulla) nega.
Si dulci tibi non libet indulgere sopori, 3
Nec tua delectat corpora pigra quies:
Tum spaciaturus uicos exurge per urbis,
Res bene repleto conuenit illa uiro.
Illotis manibus uenisti ad prandia primunt, 4
Illota debes rursus abire manu.
Nec quamuis multo sit calceus undiq; coeno 5
Oblitus, ut purges sit tibi cura uide.
Quid purgare iuuat, cum sit tibi rursus eundum
In coenum? uanus sic labor ille foret.
In media quando iam coeperis ire platea, 6
Et fuerit sumpti nausea facta cibi:
Deijce per uomitum, uentri quodcunq; molestum est,
Sit licet in medio nausea facta foro.
Plurima nec moueat quod turba stet undiq; circum,
Tu tamen abijcias quod tibi cunq; graue est.
Fecit id Antonius, multis spectantibus olim:
Is tamen Ausonia consul in urbe fuit.
At quantum superat Roma urbes maxima nostras:
At quanto es magno tu minor Antonio?

Quod

Quod tanto domino in tanta fuit urbe decorum,
 Non tibi in his poterit dedecus esse locis.
 Præcipiunt medici, quouis & mense uomendum,
 Ut recte ualeas, ad minus esse semel.
 Quid sentis? quot eris recte ualiturus in annos.
 Si tu quotidie bisue semelue uomas?
 7 Quandocunq; tibi grauis est urina, repente
 Vesicam in medijs exonerato uijs.
 Fœmina casta licet uidet, uel honesta puella,
 Non tamen inceptum destituatur opus.
 Magna pudoris erit, sed maior habenda salutis
 Cura: bonum fragile est corporis ipsa salus.
 Exiguo perdunt, quod uix reparabitur ullo
 Tempore, qui curam non habuere sui.
 8 Si qua tuos humeros uestis tibi contegit, illam
 Neglige, res cura non eget ulla tua.
 Quin etiam ne se toga cruribus implicet, atq;
 Impediat gressus detineatq; tuos:
 Disijcienda manu tunica est, à parte uideri
 Corpus ut excellens anteriore queat.
 Quæq; tegenda forent tunica, thorace tegantur,
 Et caligis: illud quis neget esse satis.
 Talia delectant castas spectacula matres,
 Virgineoq; solent illa placere choro.
 9 Inq; uia si quis tibi dixerit ore salutem,
 Siue tibi notus, siue alienus erit:
 Non tu responso facile dignaberis illum,
 Responso dignum ni satis esse putes.

ipse

Ipse prior nullos etiam saluere iubebis,
Taurinumq; oculis usq; tuere tuis.
Namq; uagi de te minuetur opinio uulgi,
Si te conspiciet cuilibet ore loqui.
Et te non tantum grauitatis habere uidebit,
Quantum crediderat nuper adesse tibi.
Inde tuo certè nimium decedet honori,
Et tua maiestas damna dolenda feret.
At si quam cernes ante aedes stare puellam,
Nil refert, quòd sit non bene nota tibi.
Hanc adeas rectà (pudor omnis inutilis hìc est)
Et blando studeas molliter ore loqui.
Omnia quæ risum moueant narranda putato,
Nil tibi inurbanum, nil tibi turpe puta.
Nil turpe in mundo rerum natura creauit,
Ipse sibi quædam turpia fingit homo.
Tetrica si semper Stoicorum dogmata narres,
Ridiculus dominæ non potes esse tuæ.
Sperne austerorum decreta seuera Catonum:
Zenonis rigidi dura statuta fuge.
Blanda Cynædorum magis est tibi congrua secta,
Et molles Cynici quæ docuere tene.
Cum bene colloquij fuerit finita uoluptas,
Iamq; paras cæpta rursus abire uia:
Tunc tua uirgineo circunda brachia collo,
Interq; amplexus oscula blanda rape.
Si negat amplexus, atq; oscula soluere non uult,
Inuitam cogas reddere utrunq; tibi.

Si sua

IO

in gente mala lixer

Si fugiet sequitor, prensamq; amplectitor illam,
A te crede mihi, uicta libenter erit.
Et loquitor blandum, dominamq; subinde uocato,
Ne tuus erga illam dissimuletur amor.
Turba tuos coram uideant lususq; iocosq;
Ut quam sis, possint cernere, bellus homo.
Hunc serues etiam morem, quaecunq; puella
Obuia per mediam sit tibi facta uiam.
Inde tuam minui grauitatem credere stultum est,
Nec tibi qui uitio uertat id, ullus erit.
Obuia sed uirgo si te prior ore salutet,
Ut dicas grates, non reor esse tuum.
Esse putato malam, quaecunq; uidebit amice,
Quaeq; tibi blando non negat ore loqui.
II Quamlibet agrestis studeas simplexq; uideri,
Attamen elatis esto supercilijs.
Si tibi quis magnis occurret honoribus auctus,
Cuius sit toto cognita fama polo:
Siue is subiectam moderetur legibus urbem,
Et bonus imperij non leue portet onus:
Siue rudem doceat diuina oracula plebem,
Lucidaq; ad coeli sidera monstret iter:
Seu uitam prudens alioqui degat honestam,
Et sit uirtutis nomine clarus homo:
Nequaquam flauos debes nudare capillos,
Inq; tuis maneat fixa tiara comis.
Nos sumus ex limo facti telluris eodem,
Materia est cunctis una eademq; uiris.

Exiguo

Exiguo durat fragilis possessio uitæ
Tempore, pauperibus diuitibusq; simul.
Nec magis excelsis Clotho iustissima parcit,
Parcere quam spretis pauperibusq; solet.
Ergo non ullum merito digneris honore,
Omneis in simili conditione sumus.
Deq; uia nulli cedas, quicumq; sit, unquam,
Imò occurrentes cedere coget tibi.
Cum socio latam spaciabere fortè per urbem, 12
Et uia communis una duobus erit:
Siue sit equalis, seu dignior esse putetur,
Tu dextrum studeas obtinuisse locum.
Si tamen immundo fuerit uia foetida cæno,
Nequaquam tibi mos iste tenendus erit.
Ingrediere uiam, quæ mundior esse uidetur,
In medio comitem nil nocet ire luto.
Hoc tibi quid profit, facile cognoueris ipse,
Si tua uel modicum mens rationis habet.
Forsan erit uacuas crepitus mittendus in auras, 13
Qui uentrem miris torserat antè modis:
Quandocunq; libet, dimitte, & ubiq; locorum:
Quod natura facit, non reor esse malum.
Tum si quis fuerit, qui te uocitârit agrestem,
Illi responsum reddere tale potes:
Quatuor ex uento ueniunt in uentre retento,
Vertigo capitis, colica, spasmus, hydrops:
Hanc tibi doctrinam Medicorum regula tradit,
Regula ciuili firma tenenda uiro.

C

in gente mala li. rer

Claudius edicto ructus crepitusq; tenere,
Damna ualetudo ne ferat inde, uetat.
Pro te quoq; tuis faciunt hæc moribus, atq;
His te tutari non sine laude potes.

14 Florida cum uiridis calcatis gramina campi,
Sermonem est aliquo longa terenda uia.

Ergo aliquis comitum de magnis dicere rebus,
De pacis pulchra commoditate, uolet.

Aut antiquorum mores uitamq; uirorum,
Ex aliqua doctus proferet historia.

Hoc tu propositum mox interrompe, loquendo
Friuola, & in media sistere uoce iube.

Prisca iuuent alios antiquis gesta dicibus,
Dicito, me nostri temporis acta iuuant.

Vina uetusta quidem laudo, sed non tamen omnem,
Quodcumq; antiquum est, arbitror esse bonum.

De rebus nostris nostraq; ætate loquamur,
Quidq; boni presens cuilibet hora ferat.

Hoc dicto, lepidas socijs proponere nugas
Incipe, quas risum posse mouere putes.

Plurima de dulci conficta loquaris amica,
Blandum sit quoties illa locuta tibi.

Delectant austera parum, iocularia profer:
Imò posse loqui turpia laudis erit.

Hunc adolescentes morem plerunq; sequuntur,
Quorum conuentus tempora nostra uident.

Vt nihil omnino dicant de rebus honestis,
Nescia sed potius uerba pudoris ament.

Quod

in gente mala lijer

Quod cuncti faciunt, hoc est fecisse decorum,
 Et minus est fallax quæ bene trita uia est.
 Non erit illusus quisquis facit, & tenet usus:
 Dixerunt nostri, quos ueneramur aui.
 Tu quoq; consuetum sectare per omnia morent,
 Et loquitor, cunctis quod placuisse queat.
 Vana loquuturus, semper quod dicat habebit,
 In nugisq; loquax quilibet esse solet.
 Si uerò in promptu nil est quod dicere possis,
 (Quod certè rarò posse uenire putem)
 Suauiter irride quicquid tum dixerit alter,
 Contemnens quæ sunt non bene nota tibi.

CAPVT VI.

Sed sol occiduas declinat fessus ad undas,
 Ut gelido rapidos æquore mergat equos.
 Sumendæq; horam reor haud procul abfore cœnæ,
 Utq; domus repetas limina tempus erit.
 Colloquium ualeat, uacuae quod detrahit aluo,
 Quodq; sua stomachum parte carere facit.
 Attamen ut lente properes uolo: nil sine certò
 Consilio facias, incipiasq; nihil.
 Ultra præscriptam si fortè emanseris horam,
 Non res ista sua commoditate caret.
 Forsitan interea dum tu tua munia differs,
 Qui mensam mappis instruat, alter erit.
 Si quemcunq; potes uitare memento laborem,
 Quæ, quisquis non uult spernere, stultus homo est.



Si te cogatur pater expectare, uel hospes,
Illud non poterit dedecus esse tibi.

Sed uel inhumanus pater est, uel perfidus hospes
Si, dum per campos tu spaciaris, edant.

2 Cumq; domū uenies, si nondū mensa parata est,
Et tu sternendi tempus adesse scies:

Iniussus nunquam sternes, quia nescio, simplex
Si facias dici, qua ratione queas.

3 Non iuuat ut sapiens uideare, uel aptus agendis
Rebus, nec uirtus proderit ulla tibi.

Simplicitas prodest, hæc te tutabitur omni

Tempore, quantumuis feceris omne malum.

Et quia ad officium quoduis credēris ineptus,

Nulla iniungetur res facienda tibi.

» Ille sapit, sua qui uitare incommoda nouit:

» Et sibi quid profit, qui uidet, ille sapit.

» Sæpe suas qui diuitias iactauit, iniquo

» Factus raptori præda pudenda fuit.

» Ast in delitijs, & lauta pace quieuit,

» Qui bene, quas habuit, dissimulauit opes.

Multis interitum uirtus iactata parauit,

Sed nemo ignauos ad fera bella uocat.

Vt foret in tuto Chironis alumnus Achilles,

Virtutem sumpta texerat ille colo.

Tu quoq; si quicquam nosti, prudenter id ipsum,

Ne quis resciscat, dissimulare stude.

Ad magna inuitis cogere negotia, si te

Posse aliquid dominus, uel pater ipse sciet.

NOB

Non orbis stratæ, non panem imposito mense, 4
Nequaquam, ut bene sint scamna parata, uide.
Tantum quod iussus fueris, nihil amplius unquam
Perficias, res est pernicioſa labor.
Multa prius monui, ſumendi prandia tempus
Cum foret, hæc memori mente reuolue modo.
Non opus eſt eadem ſæpe inculcare docendo,
Tempora inutiliter ne precioſa teram.
Difficilis nulli noſtra eſt doctrina, uolenti
Vel minimam ſcriptis his adhibere moram.
Multi etiam norunt quæ tradimus, abſq; magiſtro
Ingenij tanta dexteritate ualent.
Cum tuus ad menſam dominuſue patêrue ſedebit, 5
Et reliquam ſecum iuſſerit eſſe domum:
Hic tu continuo primam citus arripe ſedem,
Ne miſer extremo conſtituare loco.
Sæpe miniſterium quod uis cogetur obire,
In menſa extrema qui reſidere ſolet.
Surge puer, reſeraq; fores uenientibus, audit:
Fer ſal, fer potum, fer bona uina mihi.
In tromitte canem nobis, uel ruruſus cundem
Emitte: intrat hyemſfrigida, claude fores.
Talia in extremis ueniunt faciendâ ſedenti,
Hunc alij cedas, me monitore, locum.
At ſi te dominus iubeat ſeruire, parênuſue, 6
Dum reliqui carpunt quos cupiêre cibos:
Tum facies turpi tua deſormetur ab ira,
Taliaq; iratus uerba referre poteſ;

Cur ego præ reliquis tanta grauitate laborum
Obruor infelix, seruitioq; premor?
Cur non hæc alijs facienda negotia mandas?
Quo iure immunes hi tibi semper erunt?
Credo equidem Furijs malè me exagitantib. istas
Infaustosq; ædes introiisse pede.
His ducentibus hinc aliquando rursus abibo,
Perpetuis odijs me nisi fata premunt.
Forsitan efficies, tam grandia uerba perorans,
Officium ut dominus nolit habere tuum.
Si uerò institerit, parendum censeo tandem,
Verbera ne scapulis ingerat ille tuis:
Stulta est simplicitas omnem fugienda per artem,
Quæ malè moratis uerbera dura creat.
7 Vt docui suprâ, denuda corporis artus,
Sic opus ad quod uis aptior esse potes.
Si coenam sola est sumptura domestica turba,
Tu memor usq; tuæ simplicitatis eris.
Nunquam des operam ut possis ciuilior esse,
Quàm scripto hoc uersus te docuere mei.
Seu solus fueris seu multis iunctus amicis,
Est eadem uitæ norma tenenda tibi.
Omnibus in rebus nullum discrimen habeto,
Quod decet hîc, nusquã non decuisse potest.

CAPVT VII.

Conuiuis etiam, quos patris heriue uocasti
Nomine, cum seruis, utere more tuo.

Et tibi

Et tibi quæ pridem præscripsimus omnia serua,

Hic saltem dictis addere pauca libet.

Fercula tam placidè ponas (ita diximus antè) 2

Vt mappa effuso mensaq; iure fluat.

Si quoq; conuiuas patina per fuderis ipsa, 3

Crede mihi, fueris ualde facetus homo.

Illud enim magnos perfusis conferet usus,

Et se sic unctum quilibet esse uolet:

Quippe dapes multo condiuit aromate lixa,

Et fragrat grato lautus odore cibus.

Hinc conuiuarum, quos tu sic iure notasti,

In uestimentis iste manebit odor.

Si non indignè simulant se ferre, uideto

Suauiter ut risu concutiare statim.

Sic etiam reliquos tecum ridere monebis,

Vt laudent factum concelebrentq; tuum.

Hoc tamen offendi si facto intelligis ullum,

Iraeq; in uultu paucula signa uides:

Est satis ut paucis purges tua crimina uerbis.

Et dicas, quòd non feceris ista uolens.

Cùm stas attenda cœnantes inspice mente, 4

Vt uideas, quantum quisq; edat atq; bibat.

Nec te dissimules hoc obseruare, sed omnes

Fac discumbentes, quid speculere sciant.

Res ea fert secum non paucula commoda, tuq;

Sic domino poteris utilis esse tuo.

Afficietur enim conuiuia pudore, minusq;

Ac aliàs auido conteret ore tibi.

C 4

in gente mala lixer

- 5 Nulla uerendarum tibi sit reuerentia matrum,
Nulla puellarum cura, nec ulla senum.
Dices & facies semper quaecunq; placebunt,
Et saltem satis est, illa placere tibi.
Si culpant alij, tua te mens conscia laudet,
Et nihil officio credito abesse tuo.
- 6 Si quis pauca tibi facienda negocia mandat,
Vel rogat, & dominus non erit ille tuus:
Quere sibi num te conduxerit ille ministrum?
Vel faciat, tibi que præcipit ipse, iube.
At si præceptor, dominusue, parensue iubebunt,
Non poterit uerbis talibus esse locus.
Iussa quidem te facturum dic esse, sed illic
Lentè, nec nimium te properare uelim.
Ne quid, dum nimium properas, incautus omittas,
Aut ne quid perdas præcipitanter agens.
Sed toruum uideas, ut quòd non sponte sequaris,
Vultus non dubias reddat in ore notas,
- 7 Forsan candelam munctore uidebis egere,
Clarius ut lumen præbeat illa suum:
Illam tu minimè debes emungere, si non
Id iubeat dominus terq; quaterq; tuus.
Emungens etiam si fortè extinxeris, Euge,
Res à te nimium gesta decenter erit.
- 8 Id quoq; ciuile est, ut densum ascendere fumum
Candelæ extinctæ semper in alta sinas.
At si fortè tibi non extinguenda uidetur,
Quòd metuas domini iurgia seua tui:

Hoc

Hoc tamen assiduò studiosè & gnauiter unum,
Crassus ut ascendat fumus in alta, uide.
In mensa forfex studio ponatur apertus,
Surgere quò possit fumidus inde uapor,
Hoc mirè nares quia delectantur odore,
Præcipuè grauidis est odor ille bonus.
At si diuersum quisquam produxerit, atq;
Testes expertos fecerit ille uiros:
Hunc tu falsa loqui magno clamore probato,
Et iunge hæc dictis ultima uerba tuis:
Mentiris bone uir, mentitur Plinius ipse,
Doctus quantumuis esse putetur homo.
(Nam foetum grauidæ conceptum matris in aluo,
Improbis ex illo dixit odore mori.)
O magnæ nugæ, mendacia maxima, clames:
Noscere res istas Plinius unde queat?
Hoc ubi tu profers, multum te nosse putabunt,
Scriptaq; magnorum peruoluisse uirum.
Pocula cùm læto debes perfundere Baccho, 9
Implebis largo pocula summa mero.
Atq; idèò summam replebis pocula ad oram,
Ne te infundendi sæpe fatiget onus.
Tum si conuiuas uino consperseris illo,
Quid refert? Vinum cui nocuisse queat?
Nec sis sollicitus nimium, si paucula terre
Effundas, magnum id crimen habere nequit.
Si nimis impletum cratera imponere mensæ 10
Non libet, aut domini iurgia seua times:

C S

in gente mala lixer

De cyatho poteris modicum nisi displicet, haustum
 Sorbere, & domino tradere deinde suo.
 Vcl, quod crediderim ciuilius esse, lagenæ
 Reddido, si iusto est plenior ille calix.
 Sic etenim, si quid cyatho uolitabit in imo,
 Quod quisquam mundum non satis esse putet.
 Continuò uinum tibi diffundetur in omne, &
 Dispersum poterit fortè nocere nimis.
 ¶ Diuersi generis, nec nata in montibus iisdem
 Hospitibus uina proposita esse uides?
 Non opus esse puta curis pallentibus angi,
 Ut teneas quo sint pocula replenda mero.
 Quod propius positū te cernis, id arripe, et inde
 Ordine posthabito pocula quæq; reple.
 Quid nocet omnigenū Bacchi miscere liquorē?
 Omne mcrum tellus una eademq; dedit.
 Vinorum uirtus omnis cogetur in unum,
 Si bene miscueris uina uetusta nouis.
 Perfectam laudem uirtus unita reportat,
 Quæ nisi iuncta foret, nil ualitura fuit.
 Si mos iste tuus nouus esse uidebitur ulli,
 Huic tu responsum tale repente dato:
 Ergo ne Pæoniæ mos est tibi cognitus artis,
 Indoctæ? & Medicæ notio nulla tibi est?
 Sôllicitis rarò patientibus ulla propinant
 Pharmaca, quin docta sint bene mixta manu.
 Misceri uarias si non foret utile partes,
 Nequaquam tantis mos foret ille uiris.

Est eadem ratio seruanda in potibus istis,
Quos coquit in uarijs Saxonis ora locis.
Cum quisquam uacuum tibi dat cratera, iubetq; 12
Infundi, tali te ratione gere:
Fundo si quid adhuc hæere uidebis in imo,
Hoc epotandum noueris esse tibi.
Deq; suo cyatho si quis tibi fortè propinat, 13
Et iubet ut secum paucula uina bibas.
Aut te uelle neges, aut exhaurito receptum,
Et sic, ut mancant guttula nulla super.
Tunc aliud poteris crateri infundere uinum,
Quiq; tibi dederat sic feret ipse recens.
Nec nudes crines: uel sic tua pilea tange,
Ut te iacturum qui uidet, esse putet.
O quàm moratum poterunt te dicere cuncti, 14
Si cadat è digitis amphora fracta tuis.
Si dominus rapidam fuerit commotus ad iram,
Lenibus hunc uerbis conciliare potes.
Istius ebrietas mea causa est criminis inque,
Peccato ueniam protinus ille dabit.
Si quem stare uides uino cratera uacantem, 15
Quem conuiua negat quilibet esse suum.
Forsitan hunc aliquis, qui sobrius esse uolebat,
Crebra ut uitaret pocula, seposuit.
(Non decet ad mensam uacuos astare culillos,
Exhaustis requiem non decet esse scyphis.)
Tu rapc, & impletum mox cui uis cunq; propina,
Sic redit in seriem protinus ille suam.

Nec

Nec tamen occultis sine fraudibus egeris illud,
Nam laus est, testis fallere posse dolus.
Tu tua replebis cereali pocula zytho,
Qualem in Saxonia gens celebrata coquit,
Ast alijs Bacchum & Cerealia munera misce,
Plus bene commistis namq; ualoris inest.
Sic potes incautis imponere, ut ebria fiant
Turba, sed interea sobrius ipse manes.
Vel si conuiuas non est tibi fallere cordi,
Ebibe cum summa pocula cuncta fide,
Et sic euades reliquis prior ebrius, inde
Conuiuis melius ridiculo esse potes.
Exemploq; tuo cunctos hortaberis illo,
Vina ut certatim largius ipsa bibant.
Cernentes etenim te letum ridiculumq;
Esse etiam leti ridiculiq; uolent.
16 Ne quem fortè domum patiaris abire uideto,
Quin multa titubent ebrietate pedes.
Et quamuis dominus tuus huic permittat abire,
Tu tamen hoc totis uiribus impediās.
17 Nec cuiquam debes infundere uina petenti,
Pocula quin cernas euacuata mero.
Ebibe fac uersum dicas, uina addere uinis
Ut stultum est, sic nil utilitatis habet.
Cur ego dissimulem, quòd tu tibi parcere tentas?
An me iusticiae non meminisse putas?
Iustius egregijs uini potoribus, ullum
In terris hominum non reor esse genus.
Me

Me cunctis etiam nunc esse decebit eundem,
Ergò & in hoc famulus munere iustus ero:
Sic loquere, & quamuis precibus te mille rogârit,
Non tamen infundes, ni prius ebiberit.
Hoc tibi solerti faciendum ducito cura,
Forsan & hic aliquid, quod tibi proffit erit.
Nempè tuus conuiua citò temulentus abibit,
Lumina iucundi plena soporis habens.
Tu quoq; eò citius poteris tua corpora somno
Reddere, qui nimium manè relictus erat.
Debilitant iuuenum uigilate corpora noctes,
Corporibus uires reddit amica quies.
Hanc ergò ad metam toto contendito cursu,
Conuiuas potos ut remouere queas.
Id quoq; q̄ sequitur, uigili est tibi mente notandū, 18
Et bona pars ueræ simplicitatis erit.
Si bina esse uides conuiuia in ædibus iisdem,
Nec similes uitæ conditione uiros:
Forsitan hic potat stupidi sex infima uulgi,
Vulgi quod tantum commoda uentris amat.
Ast illic hominum non magna caterua bonorum
Considet, & lusu tempora pauca terit.
Et tibi concessa est uinorum plena potestas,
Totaq; cum clauis credita cella tibi est:
Magnum ferre potes iam simplicitatis honorem,
Vina bonis promens, deteriora uiris.
Nec leuis est ratio, cur non depromere quisquam
Debeat eximijs fortia uina uiris.

Nam

in genere mala lixer

Nam magnos homines qui magna negotia tractant

Quosq; uagum magno uulgus honore colit.

Nequaquam foeda decet ebrietate grauari,

Ne poti quod non conueniebat agant.

» Ebrietas sensus contaminat improba cunctos,

» Et perdit totum cum ratione caput.

» Et tanto maius uicium esse putabitur illud,

» Quanto qui peccat maior habetur homo.

Ne fias igitur tam magni criminis autor,

Quae bona sunt illis tradere uina caue. (pus

Imo hominum genus hoc ad longum extendere tem

Longi colloquij mutua uerba solet.

Interea uino uideas moderatius uti,

Colloquiumq; illis dulcius esse mero.

Et sic in multam traherent conuiuia noctem,

Et festinaret nullus abire domum.

Huic morbo haud alia poteris ratione mederi,

Quam si des nullo uina parata modo.

Nam quando austero ledetur lingua sapore,

Non cupient isthic delituisse diu.

Proq; malo uino numos exponere nolent,

Sicq; domum citius quilibet ire uolet.

Viuit adhuc fama Xantippe Socratis uxor,

Fama, quam meruit simplicitate sua.

Fortè domum paucos conuiuas ille uocarat,

Vt possent animos exhilarare suos.

Cumq; diu tererent nocturnis tempora nugis,

Res ea Xantippae non ita grata fuit.

Tandem

Tandem colloquio quo finem imponeret isti,
Illius in rixas lingua diserta fuit.
Sed modò contemni cùm se, rixasq; uideret,
Nil non tentandum credidit esse sibi.
Et flagrans solita mensam subuertit in ira,
Conuiuasq; suos iussit abire domum.
Hoc ego te facinus quoq; iam tentare docerem,
Si nimis hos uideas uelle sedere diu.
Sed reor illorum te maiestate moueri,
Atq; minus facinus tale placere tibi.
Ergo illos poteris uino remouere maligno,
Ut cupiant omnes currere sponte domum.
At reliquos melius tractare intende bibones, *ix*
Qui recte minimum mentis habere student,
Immunes etenim cùm sint à rebus agendis,
Cur studeant auidam freno inhibere gulam?
Parua uiris etiam sapientia sufficit illis,
Exiguumq; boni cordis habere sat est.
Impliciti magnis nullo sunt tempore rebus,
Curasq; ex animo deposuere suo.
Non sunt solliciti de prole & coniuge alendis,
Nec magnas curant querere diuitias.
Consilium saltem referunt huc pectoris omne,
Ut lætis semper mentibus esse queant.
Ut bona uina bibant, & Bacchanalia uiuant,
Et uario lusu tempora cuncta terant.
His bona uina uiris, & præstantissima profer,
Sint licet in multis illa reclusa seris.

Insana

in genere mala lixer

Insana ebrietas tales delectat, & illis,
Quantumuis fortis potio nulla nocet. (rem,
Hunc hominum ut possis rabidorum augere furo
Ingenij profer consilium omne tui.
Et calcar nimium per se currentibus adde,
Et qua sponte ruunt, currere coge uia.
Largius ut potent, sapidissima uina propines,
Quæ uetera, & multi roboris esse scies.
Temperius potu uicti cogentur abire, Et
Temperius somno corpora plena dare.

CAPUT VIII. (bebunt

Cum bene erunt poti, uarijs de rebus ha=
Colloquiũ, et pro se quisq; disertus erit.
Tunc noua gestarũ poteris miracula rerũ
Audire, & cunctis gesta probanda modis.
Hic dicet qualis fuerit puerilibus annis,
Quam fuerit lusus promptus ad omne genus.
Qualis in exultans equitãrit arundine longa,
Qualiaq; in ficto bella parãrit equo.
Ille suos quondam iuuenis narrabit amores,
Quæ dederit blando uerba puella sono.
Successus rerum referet, casusq; suarum,
Quam fuerit felix, quamq; in amore calens.
O quanta ex imo suspiria pectore ducet,
Cum memor istius prosperitatis erit.
Dulcia præterite reminiscens tempora uitæ,
O quales gemitus corde dolente dabit?

Contra

Contrà alius referet sua magna incommoda tristis,
Quæ quondam insano cæcus amore tulit.
Qualiter in media sit passus frigora flamma,
Qualiter et pluuias uicerit atq; niues.
Quòd uoti nullo sit factus tempore compos,
Et nihil impensas, nil ualuisse preces.
Forsan erit qui magna suæ præconia amicæ
Cantet, et ad cæli sidera laude uehat.
Is capitis flauos ornabit laude capillos,
Auri fulgorem quos superare canet.
Ceu stellas oculos dicet rutilare corruscos,
Quales Idaliæ credimus esse Deæ.
Os bene compositum referet, faciemq; rotundam,
Inq; hilari lucens fronte perenne decus.
Candori mixtum testabitur esse ruborem,
Ceu sint purpureis lilia mixta rosis.
Laudibus his totam tollet super æthera formam,
Quæ placeat, uel quæ sit placitura sibi.
Ast alij hinc aliud pro tempore quisq; loquentur,
Quisq; status dicet pro ratione sui.
Prælia narrabit Mauortius horrida miles,
Venator celeres laudat amatq; canes.
Commemorat pingues, qui gaudet frugibus agros,
Lanigero opilio de grege multus erit.
Nauita de uentis, de fluctibus æquoris, illis
Qui non uiderunt æquora, multa refert.
Quisq; suis de rebus habet quæ plurima dicat,
Et quæ grata tuis auribus esse queant.

D

in gente mala lixer

- 1** Tu tantum patulas adhibe dicentibus aures,
 Et totis animis singula uerba nota.
 Tum si te quisquam conuiuia uocauerit ad se,
 (Quod forte officijs indiget ille tuis.)
 Exhausta ut repleas infuso pocula Baccho,
 Vel facias aliud quod tibi mandat opus.
 Dissimula uocem te percepisse uocantis,
 Ingratoq; aures obstrue utrasq; sono.
 Hoc quoq; Syrenum cantus fugiturus Vlysses,
 Fecit, & euasit perfida tela necis.
 Illeuit cera sociorum callidus aures,
 Carmina ne possent per scelerata capi.
 Sic tu, ne quò non libuit cogaris abire,
 Dulceq; colloquium linquere, surdus eris.
- 2** At si non poteris saluo differre pudore,
 Amplius & crebris uocibus ille uocat:
 Tu uerò malles nugantibus auscultare,
 Id facili poteris obtinuisse uia.
 Tempus ut expectet modicum conuiuia preceris,
 Et durus precibus non erit ille tuis.
 Mox te uenturum tamen affirmare memento,
 Quando habeat finem fabula coepta suum.
 Non adeò importunus erit, quin pauca roganti
 Concedi saltem tempora posse putet.
- 3** Cum grauis ebrietas cerebri penetralia sacri
 Irrumpens, summa uixerit arce pedem.
 Cumq; triumpharit iam de ratione fugata,
 Mensq; erit è folio præcitata suo.

Grandis

Grandia de magnis surgent certamina rebus,
Differet, & uarijs lingua diserta modis,
Afferet hic animas post tristia uiuere fata,
Nec cum terrigeno corpore posse mori,
Sed mutare locum & noua corpora rursus inire,
Atq; hominis fieri quæ fuit antè feræ.
At res hæc alijs absurda uidebitur esse,
Nec doctrina illis Pythagorea placet.
Inuenias qui totam animam cum corpore credant.
Concidere, ut rapido cum perit igne calor.
Hic quoq; qui contrà pungent reperire licebit,
Quiq; istam taxent uituperentq; fidem.
Deq; alio multi referent miracula mundo, 4
Qui procul à nostri sit situs axe poli.
Hic homines dicent cum dentibus ora canina
Pandere, & humana pellerè carne famem.
Diuersum statuent alij, nec posse putabunt
Naturam rerum talia monstra pati.
Quisq; suis pro uiribus adferet argumenta,
Quiq; uelit uictus cedere, nullus erit.
Concipient multi seuas pro regibus iras, 5
Et magnis uerbis prælia magna gerent.
Hosq; duces cælo supremis laudibus æquant,
Aetheriæq; domus hos super astra leuant.
Illos ad stygias detrudunt usq; paludes,
Usq; adeo lingua uituperante premunt.
Hos contrà quidam contraria sensa tenebunt,
Deq; suo nolent cedere proposito.

Hi quoq; culpabunt, quos laudauere priores,
 Quosq; solent illi uituperare, colent.
 Nonnulli facient discrimina longa dierum,
 Hic istis ater, candidus alter erit.
 Sed contra inuenias ea qui discrimina tollant,
 Inq; pari ponant conditione dies.
 Sic quisq; adducet quæ se nouisse putabit,
 Notitiamq; horum solus habere uolet.
 Non feret hoc alter, sed & ipse peritus haberi,
 Multarum rerum consilijq; uolet.
 Hinc quasq; theses dabit ipsa occasio præsens
 Arripient, & lis luetaq; grandis erit.
 6 Forsan. & à uerbis uenietur ad arma cruenta,
 Proq; argumentis ensis acutus erit.
 7 Tu parti alterutri succurrere fortiter insta,
 Consensuq; tuo prælia cœpta iuuua.
 In medium audacter prodi, positoq; timore
 Depromas animi libera sensa tui:
 Vince tuo strepitu cunctos, clamoreq; uince:
 Stentoriumq; imo pectore rumpe sonum.
 Cuncti obmutescent, intentiq; ora tenebunt,
 Protinus ad uocis fulmina tanta tuæ.
 Et simul ingenium felix animiq; uigorem
 Mirati, tanta laude per astra ferent.
 Hinc tu nobilis es, magnoq; in honore futurus,
 Multisq; ingenij nomine carus eris.

CAPVT IX.

Si mimis

Si nimis extendent in multam ludicra noctem 1
 Prælia, res non est ista ferenda tibi.
 Fraudibus instructum multis decet esse dolisq;
 Ut recte iubeas quemlibet ire domum.
 Ex te si quisquam, quota sit quæsiuerit, hora, 2
 Tu percontanti dicere uera caue.
 Vix horam decimam cristatus prodidit ales,
 Tu dic bis sextam iam sonuisse diu.
 Sæpius hoc etiam facies cum nemo rogabit,
 Ut discedendi tempora scire queant.
 Si nihil horarum cursu noctisq; mouentur, 3
 Nec tua te quicquam uerba dolosa iuuant:
 Tunc non immerito manifesta dicere uoce,
 Ut tandem uadant ad sua quisq; potes.
 Et licet à domino non sis hoc dicere iussus,
 Ingratum domino non tamen esse putem.
 Diceret ipse eadem, saluo si posset honore,
 Quod turpe est illi, te decuisse potest.
 Cum primum incipient, ut cedant, surgere poti, 4
 Ne mora sit, clausas pande repente fores.
 Cumq; tuo domino, conuiuæ, aut deniq; patri 5
 Iam blasum dicent accipientq; uale.
 Tu pete consueti penetralia cara cubilis,
 Et recrea dulci membra sopore tua.
 Ipse tuus dominus (per te licet) hostia claudat,
 Occlusas ædes si uolet esse suas.
 Ipseq; candelas extinguat, sopiat ignes,
 Postremus cubitum (sic Cato mandat) eat.

D 3

- 6 Veltu candelam (consultius arbitror illud)
 Dormitum quando cœperis ire, cape.
 Ne forte ad lapidem lædas tua crura pedesue,
 Improbanox secum multa pericla trahit.
 Per densas melius tenebras herus ire ualebit,
 Aedis notitiam totius ille tenet.
 In spissis solus sua uestimenta tenebris
 Exuat, officij non eget ille tui.
 Hoc specta, somnus tibi ne tuus impediatur,
 Deq; alio nunquam cura sit ulla tibi.
- 7 De mensa cyatos & pocula tollere differ,
 Manè eadem melius tollere tempus erit.
 Omnia si tollas, & protinus omnia purges,
 Vtilitas queso quæ uenit inde tibi?
 Aut ex quo possint homines cognoscere signo,
 Hic quòd potatum fortè fuisse heri:
 Imò aliud dicam, tu rectis auribus audi,
 Ut monui, uites omne laboris onus.
- 8 Tu manè in mediam poteris requiescere lucem,
 Ne minuat cerebrum nox uigilata tuum
 (Sed neq; enim debes de blando surgere lecto,
 Quin pater aut dominus terq; quaterq; uocet.)
 Interea famula collecta poteria tollent,
 Inq; suum referent pocula quæq; locum.
 Quæq; tibi fuerant peragenda negotia, pro te
 Efficient, & tu postea liber eris.
- 9 Cùm bene dormieris, uinumq; cuiceris omne,
 Surgito sed medium sole tenente diem.

Tradidimus

Tradidimus suprâ præcepta salubria, surgens
Qualibus ornatus moribus esse queas.
Tu cuncta ut semper serues & ubiq; memento,
Singula ne sit opus dicta nouare mihi.
Sunt quidam uino qui delectantur adusto, 10
Hac sibi restitui se ratione putant.
Hoc & tu facito, si mos non displicet iste,
Nam mala sunt alijs exuperanda malis.
Multa docendus eras, simplex ut in omnibus esses,
Sed tempus præceptis me properare iubet.
Singula si coner tenui concludere uersu,
Vix istum caperet maxima terra librum.
Imperium siquidem stolidorum nulla coercet
Meta, & stultorum regia fine caret.
Maxima percurro saltem, ne longius ipsa
Iliade, urgenti singula surgat, opus.

DE MORVM SIMPLICI-
tate liber secundus.

CAPVT I.

HAtenus edocui qua simplicitate uocatos
A te conuiuas exhilarare queas.
Sed tanquam famulum, cui non est plena potestas,
Et qui sub domini cogitur esse manu.
Qua ratione tuo inuitatos nomine tractes,
Alter hic extremo fine libellus habet.
Iam si fortè aliò fueris conuiuia uocatus,
Discito, queis uti moribus ipse queas

D 4

in genere mala liber

1 Principiò ex puero queres non pauca uocante,
 Quos uocet & quæ sit caussa quòd ipse uocet,
 Quid sit mercatus, quid deniq; coxerit hospes,
 Et quos sit coniunx appositura cibos.
 Quas epulas coquus & quæ condimenta parârit,
 Quo possis auidam pellere pane famem.
 Qualia sit promus uenienti uina daturus,
 Quæ bellaria, quæ pemmata quisq; ferat.
 An quoq; ducendæ post fercula sumpta choreæ,
 Ecqua sit ad tales uirgo uocata dapes.
 Venturum dicas tandem cum singula noris,
 Ne tibi in ignotam sit pudor ire domum.
2 Sed cuncta ut possis melius retinere fideli
 In mente, & nullo decipiâre modo,
 Posce paratorum comedendorumq; libellum,
 Qui moneat quales det tibi lixa dapes.
 Hinc præscire potes quid edas, quid stare relinquas,
 Cui uino serues, queis epulisq; locum.
 Prolatam è pera schedulam quoq; sæpe reuolues,
 Quæq; dedit releges fercula, quæq; dabit.
 Tum si quid coctum tu noueris esse, nec illud
 Allatum mensæ uideris esse tuæ.
 (Forsitan hoc alijs hospes uel lixa reseruat,
 Tempore quos paruo uelle uenire sciat.)
 Excandescendi tunc caussam & tempus habebis,
 Poscesq; iratus, quicquid abesse uides.
 Non mussanda erit hæc tibi facta iniuria, quòd sic
 Illusus uacuo sederis ore diu.

Sic

Sic prius instructus tandem conuiuia adibis,
Expectata diu cum breuis hora uocat.
Quando non procul est ad coenam tempus eundi, 4
In te non aliquam conuenit esse moram.
Neglige uicinum, qui est inuitatus eodem,
Quippe uiam solus tu reperire potes.
Neglige cuncta domi, & festinis gressibus ito,
Neu sis postremus, primus adesse uelis.
Et mox plena mero spumanti pocula posce, 5
Sic falle ingratae tedia longa mora.
Ut quando reliqui ueniunt, sis potus abunde
Teq; hilarem dicat quilibet esse uirum.
Cum solus fueris, nec adhuc uenere sodales, 6
Illos aduigiles, mox ut habere queas.
Ut te per totam possint audire plateam,
Stentorea totam uoce repleto domum.
Hanc ubi percipient, ad te uelociter ibunt,
Ut ueniant, siquidem tempus adesse scient.
Vel remaneto domi, donec te nuncius alter 7
Orat, ut ad coenam letus adesse uelis.
Tum dic uenturum, sed multo tempore differ,
Nec tandem nisi sis saepe rogatus eas.
Hospes quod coenam propter te differat unum,
Nequaquam laus est haec fugienda tibi.
Magnarum credent tibi magna negotia rerum,
Esse data à magnis perficienda uiris.
Aut si crediderint te non uoluisse uenire, & 8
In patinas hospes miserit ipse dapes.

D 5

Tuq; uides ueniens considerare in ordine cunctos,
Sessuroq; tibi uix superesse locum.
Obiurgandus erit tibi uerbis acribus hospes,
Se sciat ut magnum posthabuisse uirum.
Teq; in se certa commotum sentiat ira,
Hanc ignominiam pectore ferre graui.
Talibus ecquid eram uenerandus honoribus? inque?
Ecquid erat ratio talis habenda mei?
9 Post ubi se multis prius excusauerit hospes,
Placatus tandem discubiturus eas.
Hic reliqui surgent uenienti forsitan omnes,
Ut tibi cum magno detur honore locus.
Tu primam quasi sis dignissimus arripe sedem,
Quam tibi non digno nemo daturus erat.
10 Quod si non cernis uenienti assurgere quenquam,
Sessuroq; tibi nullus habetur honos.
Atq; aliquem superesse locum conspexeris ipse,
(Seruatur magno forsitan ille uiro)
Hunc tu, ne sed eas extremo in fine, capeffe,
Qui prior aduenit dignior ille fuit.
Seriùs adueniens, sedet haud benè, uel malè coenat,
Dicitur, id uero ueriùs esse puta.
11 Per mensam ascendens pedibus subtiliter ito,
Si conscendenti cedere nemo uolet.
Commaculare luto mensam, mappamq; quadrasq;
Nil nocet, id summo tu quoq; iure facis.
Cur etenim tibi nolebant hanc cedere sedem,
Tum uacuam, & qua uix dignior alter erat?

Ergo

Ergò quòd mensam pedibus maculaueris omnem,
Hæc sit in illorum culpa relata caput.
Antè lauare manus quàm sacræ accumbere mensæ, 12
Multos, nescio quo more, solere uides.
Nil bonitatis inest in consuetudine tali,
Sed cur non proffit, caussa ferenda mihi est:
Sæua reluctantur feruenti frigora cordi,
Fontem uitalis corda caloris habent:
Inq; manus ueniunt occulti ex corde meatus,
Per totum sparsi qui tibi corpus cunt.
Ergò si gelidæ palmas immerseris undæ,
Tunc manus in gelida frigida fiet aqua.
Inde retrò curret paulatim in pectora frigus,
Heu cordi nimium frigora dura nocent.
Frigora natiuos extinguunt namq; calores,
Hoc homines multi iam periêre modo.
Tam subeunda tibi sunt magna pericula uitæ,
Si non uitabis sepe lauare manus.
Cognita tartarei cuius natura ueneni est,
Ad cor paulatim quòd sibi quærat iter.
Sic frigus neruos retrò uenasq; pererrat,
Aq; tuis manibus cordis ad ima redit.
Hinc ubi iam multos in aqua te laueris annos,
Deficient uitæ stamina rupta tue.
Has caussas illi, qui te mirabitur, adfer,
Quòd non pro solito more lauare uelis.
Si uerò reliquos loturos esse uidebis, 13
Te primum in pelui qui lauet esse probem.

Quisquis

Quisquis ibi fuerit maiori dignus honore,
Quid noceat post te quòd lauet ille manus?
Nec solùm digitos sed & os faciemq; lauabis,
Ne sudore tibi frons madefacta fluat.
Cùmq; satis longo lauisti tempore, & ipsam
Immundam cernis sufficienter aquam,
Tunc cedas alijs, ut & ipsi utantur eadem,
Totaq; cum manibus si libet ora lauent.
Tuq; tibi interea de primo prospice sede,
Hinc qui te iubeat surgere nullus erit.
14 Quando sedes qualis positus sit respice panis,
Hic illo melior sæpius esse solet.
Est qui uel sacram uincat nigredine terram,
Talem Vestphalici uidimus esse soli.
Est etiam qui iucundo candore refulgens,
Possit Sithonias exuperare niues.
Hinc tu dum reliqui cessant, tibi prospice cautus,
Vulgari ut caueas pellere pane famem.
Surrapias furtim, tibi qui bonus esse uidetur,
Surreptumq; tuo callidus abde sinu.
Postea cum fuerit partes distractus in omnes
Panis, frumenti qui melioris erat.
Cogentur reliqui nigrum quoq; mandere panem,
Si nondum fuerit dura repulsa fames.
Tum tibi non alijs poteris producere rursus,
In gremio furtim quem prius abdideras.
Quicumq; hoc cernet factum laudabile, certè
Ille tuis censor moribus æquus erit.

Consilium

Consilium prudens simul admirabitur, & te
In corde haud modicum dicet habere salis.
Et fortasse tuam quandoq; imitabitur artem,
Exemplo factus doctior inde tuo.

CAPVT II.

Fercula quamprimū mensam inponūtur opīma, &
Tu rapidam in patina primus inunge manum.
Quod tibi cunq; placet rapias, ita diximus ante,
Frustra à me dictum tu nihil esse sine.
Et quascunq; dapes in mensam miserit hospes, 2
Quantumuis gustus iudicet esse bonas,
Inuenies aliquid quod culpes semper in illis,
Quodq; uelis uerbis uituperare tuis.
Hoc falsum dices, sed dices illud adustum,
Hoc tibi acetosum, dulce sed illud erit.
Idq; palam claro iubeo te dicere uoce,
Ut quiuis facili percipere aure queat.
Sic etenim falso confundes ora rubore,
Frustrà solliciti per tua uerba coqui.
Hac potes urbani nomen ratione mereri,
In mensa mutum turpe sedere tibi est.
Plurima uel semper garrire, uel usq; uorare, 3
Me monitore tui muneris esse scias.
Si calet esca nimis quam dextera misit in ora, 4
Dissimula quantum dissimulare potes.
Et lapidi permitte alios impingere eidem,
Ne solus damnū ludibriūmq; feras.

Extrā

ia gente mala lixer

Extrahere urentem rursus de faucibus escam,
 Et patinae extractam reddere forte queas.
 Sed uix hic ausim factum te tale docere,
 Quandoquidem nimium rusticitatis habet.
6 Verum ne rursus sit opus comburere linguam,
 Id fugies tali callidus arte malum.
 Ore tuo in calidas sufflabis fortiter escas,
 Spiritus ardorem temperet ille cibi.
 Nullius est usus nimis insufflare modestè,
 Quas secum uires lenior aura ferat.
 Flaturus totas uento distendito buccas,
 Difficilis quasi sit buccina flanda tibi:
 Hinc uelut Aeolius mittat sua flamina carcer,
 Collecta in calidos flamina mitte cibos.
 Magno cum sonitu prorumpant fortiter aera,
 Non secus ac flammam Sicelis Aethna uomit.
7 Valde urbanus eris, si conuertêris ad illum,
 Qui tibi uicinus contiguusq; sedet.
 Illius in uultum debes spirare calorem,
 Et calido totas spargere iure genas.
 Tum uerò reliqui plaudent, factumq; probabunt,
 Et talem lusum saepe uidere uolent.
8 Quòd comitatur herum, non fit sine laude catellus,
 Delitium domini qui solet esse sui.
 Talem due tecum, prope te considat & ille,
 Huic etiam è patinis optima quæq; dato.
 Quis conuiua illum detrudere sedibus ausit?
 Nam dominum secum qui tueatur habet.

Cum

Cum comedis, quantum potesingere faucibus unã, 9

Vt bene distendas oris utrunq; latus.

Tum si non poteris stomacho transmittere, tritum 10

Dentibus, ariditas quòd uetat ipsa cibi.

Oris adhuc plenis cavitatibus, utere potu,

Cum potu melius ora per esca fluit.

In calicem tennes ex ore emittere micas, 11

Nil (agreste licet quis putet esse) nocet.

Nam cur non liceat dapibus confundere potum?

Cum neutro istorum uita carere queat.

Ossaq; relliquiasq; & quæ tibi cunq; uidentur 12

Esse tuæ lautæ non satis apta gulæ.

Abijce sub mensam quo sint alimenta catellis:

His quoq; quo uiuant conuenit esse cibum.

CAPVT III.

DE primo misso fuerint cum uiscera tensa, 1
Zona relaxari (ut diximus antè) potest.

Iamq; puer quadras pinguedine colliget unctas, 2

Namq; nouis dapibus talis habetur honos.

Hic propæra, & primus reliquis cunctantibus orbem

Mox in uimineo corbe repone tuum.

Alterius quadram non sit tibi tollere curæ, 3

Si uolet ipse potest tollere, quisquis erit.

At cum redduntur quadræ pro more recentis, 4

Qui quadram capiat, tu quoq; primus eris.

Si puer in primis tibi non adiecerit illam,

Extensa fas est arripuisse manu.

Quidam

Quidam matronas tanto dignantur honore,
Dent ut eis primas uirginibusq; quadras.
Hoc tu non facies, si quid mea dogmata curas,
Siq; tuum saluum uis decus esse tibi.
Ipse hominum mores qui sint hoc tempore nosti,
Vtere praesenti qui sapis ergo foro.
Quae facis accipiunt in partem cuncta sinistram,
Proposito quamuis feceris illa bono.
Atq; ita si fueris aliquo dignatus honore,
Matronas celebres, uirgineumq; chorum,
Suspectum te, nescio queis de rebus, habebunt,
Credentes quod sis captus amore leui.
Parce tibi fama; tuae, ne forsan in illa
Infelix maneat suspitione diu.
5 Si post sublato mora fit prolixior orbes,
Et non adfertur protinus esca recens,
Non patiere diu dentes uentremq; uacare,
Si nondum fueris plenus, ut esse uoles.
Accipe de dapibus non segnis rursus eisdem,
Iam manducatum de quibus ante fuit.
Hisq; perunge novos alijs cessantibus orbes,
Et solus, nullo iam comedente, uora.
Scilicet in mensa non est pudor utilis ullus:
Qui negat hoc, sanis sensibus ille caret.
6 Cum tandem fuerint noua fercula reddita mensae,
In noua festinam fercula mitte manum.
Ante tamen mappa maculatam tergere quadram,
Quantiuis precij mappa sit illa, decet.

Nam

in genere mala lixer

Nam mensa hos propter mappis insternitur usus,

Vt queat hic quadram tergere quisq; suam.

Vtq; manus multa pinguedine scilicet unctas

Mundare, & digitos, oraq; tota queas.

Hæc tibi dicta semel semper repetenda memento,

Cum nondum fuerit pulsa molesta fames.

Vel si præ reliquis non nil uenerandus haberis, 7

In mensaq; tibi primus habetur honos,

Sic ut cogantur reliqui expectare morantem,

In patina donec sit tua prima manus.

Tunc epulas multo contingere tempore differ,

Hoc maiestatem promouet usq; tuam.

Qua ratione notam fugeres leuitatis ineptæ,

Si mox conicias fercula in ipsa manum?

Fortè minore queas attingere cuncta periclo,

Si non tam magno clarus honore fores.

Ergo non nisi sis iterumq; iterumq; rogatus,

Fercula protensa tangito lauta manu.

Interea tempus consumito, multa loquendo, 8

Vel cantu & rhythmis, ridiculisq; iocis.

In mensa cubito niti uel utroq; uel uno, 9

Dedecus esse tibi qua ratione queat?

Si tamen hunc morem pulchrū non esse putabis, 10

Ambas in gremio ritè reconde manus.

Inde potes rursus depromere, quando uidetur

Iam discerpenti tempus adesse cibi.

Vel quadra ludos facias, uel deniq; cultro, 11

Qualibet arte tibi longa terenda mora est.

E pocula

12 pocula cœnanti tibi sunt repetenda subinde,
Sic melius uenter digerit ipse cibos.
13 Solus clamores, & pocula solus habeto,
Et moneo satis ut sis in utrisq; frequens.
Quantumuis alij sitiant, moneantq; frequenter,
Ut tradas cyathos, nil moucâre tamen.
Perge tuis clamoribus, ut uideâre disertus,
Nec nisi cum uisum sit tibi, uina bibas.
14 Cumq; bibes, nares emungere, tergere labra,
Res minor est, quam quæ sit facienda tibi.
Cur tibi res aliquam creet ista leuicula curam?
Non nisi permagne sit tibi cura rei.
Omnia quæ uentrem spectare scies ad eundem,
Cur detergendo dissociare uelis?
Seu caro, seu potus fuerit, uel panis adêpsue,
Per stomachum uadunt omnia, perq; gulam.
15 Si tamen omnino tergenda putaueris ora,
Seruiat officio candida mappa tuo,
Interule manicam quoq; protraxisse quibusdam,
Inq; illa nares tergere & ora placet.
Hos si fortè uoles imitari, non prohibebo,
Et sic purgato largius ore bibes.
16 Pocula uicino, quamuis non postulet ille,
Propones, potu cum recreatus eris.
Ne, tibi fortè obstant, edere optima quæq; uolenti
Neu faciant ne sit libera dextra tibi.
Inde queunt facile recipi, cum postulat usus.
Ut potu fauces œsophagumq; riges.

Verum

Verum si uicinus eandem nouerit artem, 17

Vt tibi proponat uina molesta sibi.

Tunc uel festiua te uoce sitire negato,

Atq; illi placida pocula redde manu.

Vel potius totas effunde furoris habenas,

Profer & irato grandia uerba sono.

Cur mihi proponis tua pocula non sitienti?

Cur non haec eadem te magis ante locas?

An mihi rem gratam facturum te esse putasti,

Impediat nostram si scyphus iste manum?

His quoq; si uerbis conuitia turpia iunges,

Efficies ne quid postea tale feras.

Nulla tamen mora sit, potare subinde decorum est,

Vt taceam quam sit utile quamq; bonum.

Cum reliqui cessant, cessantes gnauiter urge, 18

Sobrius ut mensa surgere nemo queat.

Tum quoq; si quicquam deliqueris ebrietate,

Ignosci citius commodiusq; potest.

Mos est nonnullis secum spumantia uina 19

Ferre, & conuiuius hospitis illa dare.

Hic Rhenana feret, Franconica conferet ille,

Ast alijs alio sunt bona nata loco.

At tu nulla feres, saluo modo fiat honore,

Aut uili precio uina parata dabis.

Sed quando in mensam ueniunt quae quisq; ferebat, 20

Cum primis quae sint optima uina uide.

Inde scyphum magnum plenum post terga reponas,

Postea tu solus cum libet inde bibes.

E 2 Nam

12
in genere mala lijer

Nam ne non ad te redeant ea uina timendum est,
Hoc tu uitabis praeueniesq; malum.
21 Omnibus hinc reliquis ut laetior esse puteris,
Plurima quae risum promereantur agas.
Incipe praecelsa laetissima cantica uoce,
Deq; tuo letum carmen amore refer.
Quatuor humores nostri sunt corporis, illos
Affectu uario corde ciere ferunt.
Ignauos tristes, austeros terrea bilis,
Ignea commotos esse furore facit.
Quid tibi multa leui et fatuo de phlegmate dicam?
Optimus est sanguis letitiaeq; dator.
Ergo ut sanguineum te credant esse, subinde
Canturus uocem tollito in alta tuam.
De choreis loquitor, de uiris, deq; puellis,
Blanditias profer deliciasq; meras.
22 Si tibi de magno quisquam cratera propinat,
Cum bibit ille, calix mox rapiendus erit.
Nil referre puta, quod nondum porrigat ille,
Et quod adhuc illinc plus bibiturus erat.
Bis dat qui cito dat, leuis est sententia uulgi,
Hanc dic uicino, ni bibat ille, tuo.
23 Cum tandem fueris nactus cratera, bibendi,
Quos bene seruabis, tres tibi pono modos:
Cum te destituit malefidus anhelitus oris,
Cessandi primum tempus adesse putem.
Ni malis auram, cyatho nec ab ore remoto,
Ducere, quod fieri non sine laude solet.

AUB

*Aut oculos quando replet lachrymabilis humor,
Cessare a potu me monitore queas.
Vrceus epoto uacuis cum deniq; uino
Cernitur, ut potes amplius inde caue.
Hæc seruans citius fieri potes ebrius, inde
Exponas numos ne sine fruge tuos.
Cum comedis, magnas facies è panibus offas, 24
Has sentire tuo scilicet ore potes.
Gallinæ pullis est esca terenda minutim,
Ne ledant teneram grandia frusta gulam.
Fortibus ista uiris metuenda pericula non sunt,
Qui crassum firmo tegmine guttur habent.
Ore loqui pleno, si res ita postulet ulla, 25
Non ueto, sed potius suasor & autor ero.
Sæpius ambæsum condito intingere iuri, 26
Intinctumq; ori reddere, dulce sapit.
Cumq; ferè satur es, reliquorū attēdito mores, 27
Et quæcunq; potes carpere, carpe libens.
Si uideas cultrum fortasse iacere supinum, 28
Qui cœlos acie spectet, & astra poli.
Huic illide tui ferrata manubria cultri,
Dignus erit magnis risibus ille iocus.
Quidā in eo numerāt quot passibus inclyta Roma
Distet ab hinc, & tot uerbera congeminant.
Hunc equidem morem, nō reprobo, tu quoq; eundē
Seruans, applausu laudeq; dignus eris.*

CAPVT IIII.

E 3 Plu

in genere mala lixer

Purima sunt q̄ te possunt conuincere agreste,
In coena, et mores non didicisse graues.
Sed res immensos secum trahit ista labores,
Singula si mihi sint hoc recitanda loco.
Non si Nasonis mihi sint in carmina uires,
Omnia pro merito commemorare queam.
Simplicium tamen hic exemplum ponere morum,
Ex quo non possis discere pauca, libet.
Fortè fuit iuuenis quidam conuiuia uocatus,
(Nupserat ingenuo pulchra puella uiro.)
Tyrigeta ille fuit iuuenis, quem nostra Doringum
Barbara corrupto nomine lingua uocat.
Venerat infelix ad mensam serior ille,
Namq; uno sonipes poplite claudus erat.
Festinans igitur, calcaria demere plantis,
Atq; ocreas pedibus non memor ille fuit.
Cumq; suis ocreis ad mensam accedit, & ecce,
Huic propè se tribuit uirgo modesta locum.
Protinus offertur pinguis gallina sedenti,
Et bene cocta nouis artibus illa fuit.
Accipit, acceptæq; ambas cum cruribus alas
Defecat, à quadra ne reuolare queat.
Prepositurus erat reliquum tibi candida uirgo,
Sub mensam è cultro trunca cadebat auis.
Quid tibi pro tali facto precer impie culter,
Sic dominum fallis dedecorasq; tuum?
Ille ignominia pallens se incuruat, ut ipsam
Gallinam à dura tollere possit humo.

Tum

Tum miser ingentem crepitum perterritus edit,
Ut nimium toto corpore curuus erat.
Oraq; mirando confusus honesta pudore,
Neglectis epulis aufugiturus erat.
Dumq; fugit, prendunt calcaria ferrea mappam,
Atq; illam secum qua fugit illa trahunt.
Omnia sic iuuenis confundit, & omnia turbat,
Atq; auctus tanto linquit honore dapes.
Hic tibi non cultos ad mores praeuius ibit,
Hunc sequere, & simplex plus satis esse potes.
Contigit hinc alio quoq; tempore, ut hospes amicis
Quidam symposium forte celebre daret.
Hic quoque conuiuii digestis ordine, sedit
Nobilis urbano foemina iuncta uiro.
Ille caput piscis (Graeci λέβητα uocârunt)
Matronae magna cum grauitate dedit.
Illa datam retinet, quasi sit dignissima, partem,
Et decerpta ab ea quae placuere uorat.
Scrutari totum caput, & discerpere frustum
Negligit, id forsân non ita docta fuit.
Et longus labor est ex arte resolvere cuncta,
Et precium istius uile laboris erat.
Ergo sub mensam totum caput abiecit illa,
Ut rapidi carpant interiora canes.
Ille suae tantam uicinae simplicitatem
Conspiciens, aequo pectore ferre nequit,
Et caput abiectum rursum tellure leuauit,
Adq; illam uerbis acerbis usus, ait:

Non pudet ô mulier facinus committere tantum?
Ecquid tam fœdis moribus esse pudet?
Hoc caput appositum magni tibi nomine honoris,
Non ut sub mensam projiceretur, erat.
Si tibi non libuit frustum discerpere, nobis
Reddendum, nostra pro pietate fuit.
Reddidit illa nihil, tantum confusa pudore,
Condidit in tacito lumen utrumque sinu.
Dic uter urbanus fuerit magis, eque duobus,
Vtrum commendes, uituperesque refer.
1 Istaque tu sequitor clarorum gesta uirorum,
Sed sic ut longè uictor abire queas.
2 sic bibe, sic cœna simul ut potusque, saturque
Euadas, requies nulla sit antè tibi.
3 Et si singultus tum cœperis edere crebros,
(Non dubia hæc uomitum signa preire solent.)
Hoc ne mireris fieri, neque turpe putato.
Obstantesque tibi surgere coge uiros.
Eijce digressus paulum quodcumque grauabat,
Ad mensam ablutis dentibus inde redi.
Cumque reuersus eris, uentrem iam denuò reple,
Et noua iam uacuum repleat esca locum:
Non bene ferre potest rerum natura creatrix,
Vllum sub cœlo, qui uacet esse, locum.
Atsi non poteris uomiturus surgere cœna,
Sub mensam lepidum protinus abde caput.
Hic stomachus reddat quantum uolet absque timore,
Id gratum canibus lingere munus erit.

Nec

Nec uomitus illi turpes posse esse uidentur,
Luxurians laudi cui datur ingluuies.
Quin etiam multis nullus conuiuia probatur,
Quin certis potum se probet esse notis.
Omne feres igitur punctum, si tempore cœne,
Ebrius, ex nimia sedulitate, uomas.
Cunctorum risus magnumq; merebere plausum,
Hæc q; tibi semper sit meruisse labor.
Materiam quoq; de qua mane iocentur, habebunt,
Et tu potores nobilis inter eris.

CAPVT V

Postq̄ epulis exēpta fames, mappæq; remotæ,
Pura ad tingendas ponitur unda manus.
Pigritia est uitium, ne sis piger arripe peluim **L**
Primus, & hic palmas primus utrasq; laua.
Hinc os & faciem, quanto tibi tempore uisum est,
Abluet, tum reliquos inde lauare sine.
Et post te matrona lauet, quantum libet illa
Clara sit, & post te uirgo colenda lauet.
Pura etenim crassas sordes magis abluit unda,
Quam quæ iam multa turbida facta manu est.
Inuenias adeo quosdam tamen esse modestos,
Ut nullam sumant ni iubeantur aquam. **Z**
Vel certè expectent, donec reliqui prius omnes
Abluerint, & se deinde lauare uelint.
Allos conspiciens securos, nilq; timentes,
Affuso liquide fonte rigabis aquæ.

F S

in genere mala lixer

Et caput, & faciem, perfunde & lumina frontis,
Hoc precium tali pro pietate ferant.
Iste iocus cunctis tantum mihi crede placebit,
Atq; extolletur laudibus iste iocus.
3 Pemmata cum ueniunt mensis allata secundis,
Gnauiter hoc, ne sis fortè secundus, ages.
4 Verte tuo arbitrio patinas, & singula uerte,
Quæq; tibi arident absq; pudore rape.
5 Non opus est pomis abscindere uelle putamen,
Cur quid agas, quod non esse necesse putes?
Et stomachum melius, munusq; ingesta coquendi,
Cortice cum uiridi poma comesta iuuant.
Siq; diu fueris purgando cuncta moratus,
Interea arboreæ diripientur opes.
Et cum deinde uoles patinis immittere palmas.
Rursus ibi nil quod diripiatur erit.
Dum superesse uides aliquid, cessare caucto,
Non poteris tales semper habere cibos.
Fercula de mensa nec conuenit illa remitti,
A mensa recipi pemmata nulla decet.
Illa nec apposuit quò rursus tolleret hospes,
Sed posita ut saltem quisq; uoraret erant.
6 Ergo cum satur es, si pemmata lauta supersunt,
Hæc poteris manica condita ferre domum.
7 Dente nuces aperi, mucronem frangere cultri
Ni cupis, hæc omni suffuge damna modo.
Vidi nonnullos qui grandibus ietibus ipsas
In mensa positas comminuere nuces.

Cunctis

Cuncta resultabant in mensa pocula ab ictu,
Hos ego tum fortes rebar habere manus.
Vidi qui pedibus calcatas frangere possent,
Nucleus in dura ut colligeretur humo.
Quos tu cūq; uoles sequitor, modo parcere cultro
Triste aliquod damnum ne ferat inde, queas.
Vicinumq; tuum cortex est antè locandus, 8
Nec res ista sua commoditate caret.
Nempe tuus seruatur honos rationibus istis,
Ne uideâre nimis forte fuisse uorax.
Et quaecunq; tuo scis non placitura palato,
Porrigere uicino protinus illa tuo.
Si prope te uirgo consederit ulla, proteruè 9
Semper colludes, & petulanter ages.
Illi te melius nil commendare putato,
Quàm si multa queas uerba iocosa loqui.
Tum digitos si gemma tuos exornat et aurum, 10
Aut torques collum circuit unca tuum,
Vel si fila tuam prætexunt serica uestem,
Vel te aliud si quid condecorare putas,
Id quocunq; modo potes ostentare, subinde
Ostentes, mirè complaceasq; tibi.
Illa tui magno mox corripietur amore,
Et tua perpetuò scilicet esse uolet.
Splendidiore citò capiuntur ueste puellæ,
Auroq; haud rarò conciliatur amor.
Tu quoq; nonnunquam gemitu fatearis amorē, 11
Et profer nutu pectoris ima tui,

Sæpe

12 Sæpe propinabis, deinde ut respondeat illa
 Cogito, sic cernet quod uehementer ames.
 Nulla tibi requies sit, nulla modestia curæ,
 Inter potandum cuncta decere scias.

13 Quod si quis tacito fuerit sermone loquutus,
 Et clam uicino dixerit ulla suo.
 Tu patulas aures submissis arrige dictis,
 Ut clam quæ loquitur percipere ipse queas.

14 Quæcunq; incipient alij, quæcunq; loquentur,
 Tu quoq; de his aliquid dicere promptus eris.

15 Vel si nullus erit, qui grandia uerba loquatur,
 Tu solus poteris grandia uerba loqui.
 Solus Stentoreo magnùm clamore tonabis,
 Exemplum ut de te sumere quisq; queat.
 Non tibi defuerint quæ possint plurima dici,
 Si modò facundis uocibus esse uoles.

Prolixa est series absentum rodere uitam,
 A culpa ebrietas uindicat hoc facinus.
 Vel tua præteritæ commissa piacula uitæ,
 Quantaq; patrâris crimina ubiq; refer.

Multos hoc uidi captantes nomine laudem,
 Crimina quod possent commemorare sua.
 Grandia de minimis moueas certamina rebus,
 Si modò, qui tecum disputet, ullus erit.

Sic cane, sic clama, ne pro clamoribus istis
 Exaudire aliquis uerba sua ipse queat.

16 A quoquam monitus, lingua ut moderatius uti,
 Utq; loqui saltem uerba mimora uelis,
Clamabis

Clamabis magis, & uocem magis exaltabis,
Liber es, idcirco libera lingua tua est.

Nulli cede manus uictas, succumbito nulli, 17
Præter te nullum uera fatere loqui.

At tibi si nolit tuus aduersarius usquam 18
Cedere, propositum uultq; tenere suum.

Iratus surges, atq; inde iratus abibis,
Nec dices cuiquam, cum fugis inde, uale.

Vel quæ non poteris clamosa uoce tueri,
Pugnaci tibi sunt illa tuenda manu.

Educto gladio, Maiorq; Minorq; probetur,
Et dubijs fiat dura per arma fides.

Argumenta potest gladius quoq; soluere strictus,
Vel uolitans tota canthara iacta domo.

Si nil tale libet, nec sunt tamen ocia curæ, 19
Perdenda est alio temporis hora modo.

Symbolon educto mensis incidito cultro,
Et nomen signet scripta litura tuum.

Sic te nulla dies unquam memori eximet æuo,
Sic quod ibi fueris cuiq; uidere licet.

Strenua cum fuerit potatio, fortiter uno 20
Haustu, quæ ueniunt pocula cuncta bibas.

Peccatum est etenim fieri per plura, quod uno
Absolui poterat commodiore modo.

Epotum rursus coram te ponere uitrum, 21
Impletum uino rursus ubi illud erit,

Atq; propinanti bis respondere decorum est,
Id quoq; damna tibi non ita magna dabit.

Secd

in gente mala lixer

Sed citius fies potus, citiusq; redibis.

Insana titubans ebriitate domum.

*22 Ire domum nunquam debes, quin hora secunda
Iam mediam noctem præterijssè notet.*

*Et quamuis uideas, dormire quòd expetat hospes,
Nequaquam tamen, ut dormiat ille, fines.*

*Atq; etiam si te per sacra deosq; rogârit,
Tandem ut digneris potus abire, nega.*

*23 Imò si quenquam dormitum abijsse rescisces,
Quòd uino uictas cesserit ille manus.*

*Hunc decet è lecto conuiuia in ipsa reduci
Inuitum, nudo sit licet ille pede.*

*Tum primum incipies Bacchi libare liquorem,
Et furere, & sensus exhilarare tuos.*

*24 Pocula tum demũ franges, frangesq; fenestras,
Sic quod postridiè persoluatur erit.*

*Hinc ut in fractis ponatur imago fenestris
Effice, nobilibus mos placet iste uiris.*

*25 Ipsam disiectis fornacem frangito scamnis,
Hinc, cum laude, potes cum libet ire domum.*

*26 Antè tamen cum nonnullis noua fœdera inibis,
Et socios debes antè parare nouos.*

*A quibus ad cœnam cras inuiteris opiman,
Nec te uenturum, quando uocâre nega.*

*His ego nonnunquam quoq; callidus artibus usus,
Ad non speratas aduocor ipse dapes.*

*Quando tuis tandem uiuemus in edibus? inquam,
Quando crit ut nobis sit tua aperta domus?*

Protinus

Protinus ille mihi dicit, cogente pudore:

Tempore quo libitum sit tibi cunq;, ueni.

Si tibi sic uisum est, cras coenae tempore adesto,

Pro censu tibi erit coena parata meo.

Mox me polliceor uenturum, & deiero sanctè

Hoc quasi deuota postulet ille prece.

Hunc sequitor morem, non est tibi inutilis ille,

Sic conuiuia etenim saepius esse potes.

At si quis quoq; te stratagemate tentet eodem, 27

Promittas temerè me monitore nihil.

Esse uocaturum, cum debeat ille uenire,

Dicito, sed fieri non bene posse modò.

Publica sunt mihi iam commissa negotia, & illis

Implicitus multis fortè diebus ero.

Hæc ubi confeci (dic) teq; aliosq; uocabo,

Exhilaraturus pectora uestra mero.

CAPVT VI.

OMnibus ex animi uoto sic ordine gestis, 1
Iubila congeminās, incipe abire domū.

Nec quæras quanto precio potaueris, illud 2

Hospes mane potest commemorare tibi.

Si quid habere uolet, te deinde uel ipse monebit,

Tu reticens tuguri tecta subito tui.

Tantos clamores per totas æde plateas, 3

Vt te conuiuam quisq; fuisse sciat.

Vicinum patitor nullum dormire, sed omnes

Ob strepitum facies euigilare tuum.

Huic

ia gente mala lijer

Huic maledic, illum constanter ad arma lacesse,
Si modò quid toto pectore cordis habet.
4 Offensas ueteres, ueteresq; ab origine rixas
Ut renoues moneo cum bene potus eris.
5 Cum ueniet tandē, ut tua uerba superba retūdat,
Mox tibi festina est arripienda fuga,
Ne nimis incidat magno tibi uulnere uenam,
Et manet nimius forsitan inde cruor.
6 Non illos quoq; uitupero, qui nocte fenestras
Saxis ut frangant, diminuantq; petunt.
Tu quoq; nonnunquam facies ca, namq; bibaci
Ebrietas homini cuncta licere facit.
Talia si faciens uigiles exciueris urbis:
Qui te concludant carcere, magnus eris.
Tutus ab insidijs inimici, in carcere deges,
Et nolet tuus hunc hostis adire locum.
Illic igniuomi deges quoq; solis ab aestu
Tutus, & à pluuia scytoniaq; niue.
7 At si tam felix fueris, ut nemo sequatur,
Nec tua te quisquam facta patrare uetet.
Tandem ubi fecisti mala plurima, perq; plateas
Sat conturbasti singula, abito domum.
8 Ianua nunc quanto tua sit pulsanda tumultu,
Accipe, quo coniunx accipienda modo.
Principiò tanto pulsare memento fragore,
Ut tonitru, quisquis percipit, esse putet.
Nec cesses donec pulsando fracta fatiscat
Ianua, pulsanti quæ tibi dura fuit.

Quòd

Quòd si fortè tibi uenienti occurrerit uxor, 9
Vt reserat clausas officiosa fores,
Excipiatq; suum blando sermone maritum,
Quem plenum multo sentiet esse mero.
Huic tu sublata colaphos impingito dextra,
Nec quicquam, culpam non meruisse, iuuet,
Verbaq; uerberibus supperaddito grandia duris,
Ad nutum discat quo trepidare tuum.
Nux, asinus mulier, cum tristia uerbera cessant,
Nil rectè faciunt, mobile uulgus ait.
Ergò tua ut rectè faciat, quæ præcipis, uxor,
Nimirum plagis erudienda uenit.
Non ibis cubitum, quin te ueniente resurgat, 10
A uix incepto tota sopore domus.
Acribus hic uerbis erit obiurgandus, at ille
Verberibus sæuis excipendus erit.
Quicquid in immenso peccauit quilibet anno,
Cum fueris potus cui libet obijcies.
Vt te ceu dominum timeant, uercantur, honorèt,
Maior quam tu sis nullus in æde tua est.
Sic inde in dulcem declines lumina somnum, 11
Vt lectus de te præmia digna ferat.
Ne desit famulæ quod sit sibi deinde lauandum.
Mercedem gratis ne ferat illa suam.
Exurgens somno media iam luce, uel ante, 12
Mox tibi quod comedas quærito, quodq; bibas,
Antè tamen unum potabis cautus adustum,
Inde fugit capitis diluiturq; dolor.

F

in genere mala liber

Hoc poto, sumptoq; cibo, requiesce parumper
Dum sit ab uxore cœna parata tibi.
Tunc tibi de grato surgendi crit hora sopore,
Ut recrees sumpto corpus inane cibo.
Appositaq; tibi cœna, Benedicite, coniunx,
Fœminei moris quod solet esse, leget.
Quamq; insanus heri fueris, quã mentis egenus
Quam non constiterint linguaq; mensq; sibi,
Quam mala sis illi, quam detestanda locutus,
Texet prolixam forsitan historiam.
Hoc à te fractũ quoq; commemorabit, & illud:
Illa futura satis contio longa tibi est.
13 Cũ te res tandem tales audire pigebit,
Talia ne pergat dicere uerba, iube.
Si paret satis est, at si parere recusat,
Et pergit gestas res memorare tuas,
Corripe mox, quacũq; tibi furor arma ministrat,
Illaq; in uxoris mitte repente caput.
Illa procul dubio præstare silentia discet,
Nec tibi erit rixis inde molesta suis.
Plura ego te, si non fieret mora longa, docerẽ,
Ipse etiam per te multa uidere potes.
Nostra tibi exemplar tantũ generale figurãt
Carmina, nec scribi singula ritẽ queant.
Ipse tibi finges præcepta salubria morum
Plurima, simplicib. non reprobanda uiris.

CAPVT VII.

TU

12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

TV quoq; conuiuas aliquos quãdoq; uocato, x
Quos tamẽ ut ueniant cogere uelle caue.
Et si qui uenient quos non speraueris, illos z
Protinus hoc iubeas rursus abire modo.
Fortassis uerum est à me uos esse uocatos,
Attamen id certò non scio: potus eram.
Inter potandum sum uobis si qua loquutus,
Scribenda in liquido nonne fuere mero.
Vel sic excuses, ut honoris uerba fuisse 3
Dicas, eiq; animo dicta fuisse neges.
Vel dic uxorem iam non satis esse paratam, 4
Utq; uelint alio tempore adesse roga.
Nec tamen id semper facies, aliquando receptis,
Quos inuitãras, fercula grata dabis.
At si sponte sua prandendi tempore nondum 5
Adfuerint, iterum nemo uocandus erit.
Nec quenquã expectes, quicunq; in tempore adesse
Negligit, emanat tempus in omne sine.
Seriùs adueniens sedeat male, uel malè cœnet, 6
Et fieri summo talia iura sciat.
Vel conclude fores, præscripta ubi transijt hora 7
Ne serò adueniens introiisse queat.
Clausãq; pulsanti reſeratur ianua nulli,
Exclusus poterit rursus abire domum.
Ast intromiſſis, nec aquã, manus unde lauetur, 8
Nec quibus infideant scamna parata dabis.
Verre pauimentum, cunctos ubi cernis adesse,
Ne non purgatum forsitan esse putent.

F 2



- 9 Non de conuiuis tibi cura sit ulla locandis,
Permitas sedes ut sibi quisq; legat.
Sic in te nullus culpam transferre ualebit,
Qui putat indignum se tenuisse locum.
- 10 Fercula quæ ponis ne non sint grata uocatis
Hospitibus, magnis laudibus illa uehas.
Cōmemores quanto precio sint empta, uel unde
Et quanto ueniant illa labore tibi.
Qualiter et quantas sint omnia cocta per artes
Magnifica solers singula uoce refer.
Quoq; magis laudes & sis acceptior, adde,
Vix alium tali posse parare modo.
- 11 Nec tamen ut carpant epulas, hortaberis ullos
Qui sensere famem, nil monitoris egent.
Qui non esuriunt, illos hortabere frustra,
Plenus enim uenter fercula nulla cupit.
- 12 Nec præpone dapes alijs: satis atq; superq; est,
Exemplum ut statuas, largiter ipse uorans.
- 13 Cū saturi fuerint, mensæq; epulæq; remotæ,
Fortiter ut potent fortia uina iube.
- 14 Hinc potus cuiuncq; uoles intendito litem,
Namq; tua quiduis semper in æde licet.
- 15 Si sentis aliquos offendi moribus istis,
Hos exire tua coge repente domo.
- 16 Cum reliquis uiuas genialiter atq; benignè:
Sobrius & ne quis possit abire uide.
Atq; fores forti munitas obijce claude,
Illas nec rursus quenquam aperire fines.
Emittes

Emittes nullum, quamuis sit maxima caussa,

Emitti cur se postulet ille foras.

Nam sic efficies paruo faciliq; labore

Illis ne libeat saepe redire tibi.

Matula sub mensam ponatur maxima, in illam 17

Quicquid opus fuerit reddere quisq; potest.

Et sic per totam noctem potate sedentes, 18

Atq; isto cubitum tempore nullus eat.

Lucifer Oceanum surgens cum liquerit almus,

Tunc discessuris pande repente fores.

Ire domum melius poterunt etiam absq; lucerna,

Cum præbere facem cœperit orta dies.

Per lucem dormi, cum cætera turba laborat, 19

Sub noctem uicto uina sopore petas.

Sic cum diuicijs alij atq; labore fruuntur,

Tu mendicantum de grege frater eris.

Quid tibi cum curis & sollicitudine Plutis?

Vnica sit lautè uiuere cura tibi.

CAPVT VLTIMVM.

IAm tibi pauca dabo, præcepta sed ordine nullo

Quo mihi suppeditat rustica musa modo.

Tempore quæ tibi sunt quouis seruāda, locoq;

Quæ suprâ longum commemorare fuit.

Non eadem tamen esse ætatibus apta quibusuis

Arbitror, arbitrio dispice cuncta tuo.

Quæ tibi conueniunt hinc, cum res postulat, ipse

Accipiens apta moribus illa tuis.

1 a gente mala lixer

Iudicio stes ipse tuo: quia crimine ab omnī
 Excusatus eris simplicitate tua.
 I Sunt in delitijs cancri, si forsitan illos
 Apponi mensæ te comedente uides.
 Exiguos alijs sine tu tenerosq; placere:
 In magnosi quidem plus quod edatur erit.
 Non tamē esse bonos magnos reputaueris omnes
 Hoc signum fallax sæpius esse solet.
 Ergo tibi certam noruam trademus, & inde
 Cognosces cancrum, sit bonus, anne malus.
 Inspice, sub cauda quibus oua latere uidebis
 Illos audacter dixeris esse bonos,
 Hosq; tenens comedas: ubi si non uideris oua,
 Suspecti debent protinus esse tibi.
 Suspectosq; tibi, uicino apponito, ut ille
 Mandat quæ stomacho non placuere tuo.
 Vel mox inspectos in lancem reijce, & inde
 Arripias alium qui tibi cunq; placet.
 Nec quenquã retine nisi qui bonus esse uidetur,
 Multaq; sub cauda qui gerit oua sua.
 2 Utq; uores totos, nequaquam suadeo cancos,
 Res nimium longam posceret illa moram.
 Sufficiet mollem cancrorum exugere uentrem,
 Ut plures reliquis hac ratione uores.
 Attamen in mensa uolo te seponere chelas,
 Et caudas i tidem, si tibi fortè placet.
 Sic quando nulli reliquis in lance supersunt,
 Sepositas chelas tu bene solus edes.

Has expectantes quidam dixere, quòd illas
Non, nisi cum reliquis nil modò restat edant.
Hoc nuper quendam uidi quoq; posse, sed unus
Qui mores istos non bene ferret, erat,
Ille, ut erat lepidus, factisq; facetus & ore,
Vicino occultas collocat insidias.
Quem cum cancrorum seponere brachia cernit,
Protinus extensa corripit illa manu.
Et, qua propter ait, non uescere partibus istis?
Has uel præcipuas stultus ego esse putem,
Non equidem soleo contemnere brachia cancri:
Si tibi non uisum est frangere, cede mihi.
Dixit & ex templo predam confregit, & edit.
Vicinoq; nihil reddidit inde suo.
Tutius est igitur loculis imponere peræ,
Vna cum cautis brachia rapta suis,
Sic nemo rapiet, sed tu mihi solus habebis,
Atq; domi & quandocunq; libebit, edes.
Nec solum cancras, sed quæ tibi cunq; probantur,
Vt sibus ut serues illa memento tuis.
Magnorũ hic possem recitare exempla uirorum,
Illa sed ingenuis sunt odiosa uiris.
Quòd si quis missas sibi legerit ipse tabellas, 3
Quæq; legit non uult omnibus esse palàm.
Tum quocunq; modo quoq; te coniunge legenti,
Siq; potes tacita tu quoq; uoce lege.
Nec puto quòd quisquam uitio tibi uertere possit,
Quòd sint lecta oculis scripta aliena tuis.

Nonne uir eximius patriæq; insignis amator,
 Tullius Ausonia Consul in urbe fuit?
 Ille suis certè non paucula scripsit amicis
 Quæ diuulgari non decuisse putes.
 Attamen illius nullo prohibente leguntur
 Literulæ, & nullus, qui stomachetur, adest.
 Et cur quæ nostro scribuntur tempore, eodem
 Non liceat pacto scripta minora legi?
4 Quòd sit culter hebes damnū tibi ferre putabis
 Quòd facere officium non queat ille suum.
 At uidi solitos duris illidere saxis,
 Ne pròptus nimis ad fercula cuncta foret.
 mò acies ferræ formam dentesq; referret,
 Nec caret hæc usu callida techna suo.
 Scilicet assatus si quando apponitur anser,
 Anser qui pingui uisitur esse cutæ.
 Tū te pelliculæ bona pars malè scissa sequetur
 Hanc in delicijs uulgus habere solet.
 Præstat id officium culter serratus, & idem
 Excusat si quid criminis illud erit.
5 Vidi alium cuius culter, cū scinderet assam,
 Noluit officium promptus obire suum.
 Protinus ille sua ueritus ne parte careret,
 Consilio tali præmeditatus agit:
 Arreptam carnem solers è lance, sub ala
 Firmius ut posset continuisse locat,
 Inde manu forti non paruam auellere partem
 Tentat, & auulso non caret ille bolo.

Inde

Inde tamen reliquam patinae non reddere carnem

Negligit, agrestis ne reputetur homo.

Hæc ideo refero, ne facta celebria desint,

Vnde tibi exemplum sumere ritè queas.

Frigidus in calidum forsàn uenies hypocaustum, 6

Siue illic notus, siue alienus eris.

Mox ad fornacem frigans accurrito, moxq;

Calfaciasq; manus calfaciasq; pedes.

Et pedibus laxam frigentibus exue pellem,

Qua male pes contra frigora tectus erat.

Dempta pelle, pedes argentes rectius ignis

Recreat & citius discutit inde gelu.

Si libet exutas caligas quoq; pendere ibidem,

Non ueto, nec nullum res habet illa bonum.

Sæpius est tetrus infectus odoribus aër,

Tum cerebri crasin turbat iniquus odor.

Suspensis caligis foetor prior effugit omnis,

Et patulas nares hic nouus intrat odor.

Aëris hac uitium corrupti tollitur arte,

Ne posthac cerebrum ledat ut antè tuum.

Si cui displiceas, minimum referre putato, 7

Omnibus in mundo nemo placere potest.

Omnibus in mundo cum possit nemo placere,

Vt nulli placeas cura sit una tibi.

Inuita debes nihil attentare Minerva,

Quodq; nequit fieri non uoluisse decet.

Cum de nonnullis animus fert paucula rebus 8

Dicere, quid deceat te meminisse uelim.

F 5

ia gente mala lixer

Non uolo simpliciter nimium breuiterq; loquaris,
 Copia uerborum plenior apta tibi est.
 Ne non rhetorica uidearis in arte peritus,
 De nihili rebus te uolo multa loqui.
 Principio prolixo, ambagibus utere longis,
 His auditor enim conciliandus erit.
 Aptè si nihil est ad rem quod dicere possis,
 Nil refert, quamuis accipe materiam.
 Romanas acies & Punica praelia narra,
 Vel mundi & rerum quæ sit origo refer.
 9 His dictis patulas postquam calfeceris aures,
 Rem tibi tunc ipsam dicere tempus erit.
 Nec quenquam permitte tibi tua rumpere uerba
 Quin tu desieris ulteriora loqui.
 Ausus si quis erit te interpellare loquentem,
 Audiatur lingue iurgia multa tuæ.
 Nil pudet exclames, ô morum ignare bonorum?
 Nil pudet? & tantos sic uenerare uiros?
 Hac tibi non paruos ratione parabis honores,
 Gloriaq; hoc pacto magna futura tua est.
 10 Quasq; geris uestes uario distingue colore,
 Quod uarium est oculis gratius esse solet.
 Gaudet enim uarijs natura coloribus ipsa,
 Naturæ dubitas tu documenta sequi?
 Aspice sub densis cœlestem nubibus arcum,
 Diuersi radios ille coloris habet.
 Aspice plantarum formas, pennasq; uolucrum,
 Aspice quas gemmas India diues alit.

Diuersas

Diuerſas nunquam potes enumerare figuras,
Omnia tam uarijs ſunt maculoſa notis.
Qui duce natura uiuit, bene uiuit: & illum 29
Dixerit à recta nullus abeſſe uia. 29
Hanc tibi in hac etiam proponito parte ſequendam,
Illa, quid addeceat, monſtrat ubiq; tibi.
In uarias partes quoq; ueſtimenta ſecare, 11
Nescio quid noſtro tempore laudis habet.
Hoc uel cum primis, ſi quid mea dogmata curas,
Iſtis te monitum uerſibus eſſe uelim.
Truncus iners, caudex, & uilis habebere uappa,
Diſſecta corpus ni bene ueſte tegas.
Si uerò partes miſerè laceraueris omnes,
Vt nihil integrum corpore penè geras.
Nobilium poteris de poſteritate uideri
Editus, & magni nomen habere uiri.
Aut certe pugna reputabere Martis alumnus,
Turba uti ſectis ueſtibus illa ſolet.
Quacunq; ingrederis, facies auſtera notetur, 12
Et triſti antiquos uimce rigore ſophos.
Ridebis nunquam niſi cum conſpexeris urbem
Oppreſſam multis interiſſe malis.
Qui te cunq; uidet, magnarum indagine rerum
Detentos ſenſus iudicet eſſe tuos.
Sic tibi, quicquid ages ſummo tribuetur honori,
Et laudem tanta de grauitate feres.
Quando eris à quoquam conuiuia uocatus, & illic 13
Expleris ſumpto uiſcera laxa mero,

Non

Non ego magnificis grates te dicere uerbis,
Sed tantum iubeo cum libet ire domum.

14 Antè tamen stomachum bilemque mouere uocanti

Quam uadas, ista callidus arte potes
Multaque de dapibus, deque ipso multa quereris,
Quod dederit lautos non satis ille cibos.

Incusa promum, quod non bona uina bibenti
Promserit: aut aliud quicquid habere potes.
Austero, placuisse tibi nihil, innue uultu,
Et fictas ire præfer in ore notas.

Imò ut commoueas de moribus hospitis, atque
Crimina de illius multa parente refer.

(Quamuis cuncta ioco fingas, tamè illa sæuero
Proferri uultu conuenit atque graui)

Ille dolis lusit cunctos et fraudibus, inque,
Et rapidas illum iuuat habere manus.

Aut quæcunque placent abiturus crimina finge,
Commotumque illum denique linque domi.

15 Sed cum postridie rursus conueneris ipsum,
Iratum tenta conciliare tibi.

Imò etiam lepidis poteris bene ludere uerbis,
Et risu culpam purificare tuam.

Obijce quod tanta sine causa exarserit ira,
Omniaque ista ioco dista fuisse proba.

Quid faciet: neque enim poterit damnare iocatum
Si modo non nimium barbarus esse uolet.

Et tibi mox illa rursus placabitur hora,
Atque quod ante fuit summus amicus erit.

Vel

Vel si tu tantam non uis incurrere culpam,
Nec placet iratus fiat ut illa tibi,
Dic alium nuper tibi talia multa locutum,
Criminaq; effœti commemorasse senis.
Te tamen illius spurcis sermonibus aures
Clausisse, & dictis non habuisse fidem.
Sic tibi amicitiam per crimina ficta parabis,
Hoc equidem melius consilium esse puto.
Si quoq; nonnullo fueris decoratus honore, 16
Sederit aut humeris publica cura tuis.
Concipe te dignos animoso in pectore fastus.
Teq; uiris reliquis omnibus antè loca.
Nec te contemni prudens patiaris ab ullo,
Non ego te fatear, si patiare uirum.
Accidit id magno (pudeat) quandoq; magistro
Ferret ut immensum dedecus ille domum
Ille diu studijs animum exornarat honestis,
Iamq; uir eximius, iamq; magister erat.
Ergo nouo patrios uult auctus honore penates
Visere, natalis tactus amore soli.
Iamq; ingressus iter lucem confecerat unam,
Fessusq; hospitium sole cadente subit.
Venit in hospitium uirgo quoq; nobilis illud,
Virga formosis conspicienda genis.
Tempus erat cœnæ, mensaq; locantur eadem,
Virginco lateri proximus ille fuit.
Tum uerò incessit non parua superbia mentem,
Et maior cunctis ille magister erat.

Præ

12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

Præ cunctis uoluit quoq; dignus honore uideri,
Visusq; (ut uoluit) dignus honore fuit.
Unus erat tantos fastus qui ferre magistri,
Pectore non posset dissimulante diu.
Ille ad nequitas artemq; instructus ad omnem,
Tentat honoratum dedecorare uirum.
Omniaq; obseruat quæcunq; agit ille, dolose,
Ut fastus animi frangere fortè queat.
Dumq; obseruari sua nescit facta magister.
Admouit capiti leniter ille manum,
Admotaq; manu gestum scalpentis habebat:
Hinc ignominie caussa reperta fuit.
Tunc etenim raptor tanti insidiosus honoris,
Non expectatos hos dedit ore sonos.
Ecquid adhuc tot sextipedes, uenerande Magister
(Quot nuper) toto corpore morsus, alis?
Dic quaeso unguentum nil profuit ergò, quod illas
Contra bestiolas pharmacopola dedit.
Dixerat hæc uultu tanquam sint uera seucro:
Nec risu fictum prodidit esse iocum.
Ora sed immenso confusus honesta pudore
Mutus ad hæc subito uerba Magister erat,
Ira pudorq; animum sic infregère tumentem,
Et sic strauerunt nobile pectus humi.
Ut neq; se uerbo saltem defenderet uno,
Nec delusorem plesteret ille suum.
Ille sit exemplo tibi ne patiaris eadem,
Impune à quoquam te ratione capi.

Conclu-

CONCLUSIO.

Talia multa quæcum gesta haud sine laude referre,
Quæ tibi ceu morum regula certa forent.
Sed liber in magnum mihi cresceret ille uolumen,
Si tibi perscribi carmine cuncta uelis.
Ingenio ipse tuo nunc utere, scilicet ipse
Me sine sat simplex esse rudisq; potes.
Me præcepta iubet breuibus comprehendere Flaccus,
Discere quo melius & retinere queas.
Quos tamen haud multos uersus in fine libelli,
Adijcio memori mente notare uelis.
Simplicitas antiqua uirum læta arua colentum, ”
In precio tibi sit simplicitasq; rudis. ”
Sed quæcumq; solent homines laudare seueri
Neglige, quid rigida cum grauitate tibi?
Si risum poteris stomachumq; mouere quibusq;
Tum satis ipse tuo munere functus eris.
Iamq; uale iuuenis morum studiose bonorum,
Et tibi quæ dono consule scripta boni.

FINIS

in genere mala liber

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



in gente mala li ser
entem & marceha-
oysem allocutus est:
o, ferre uolente,
tra rum uelle po-
ue. o licitudine fa-
einceps completo,
sua gradum sistere
n ignis portionem,
lextra ad arborem
osum Deus, mun-
oficiens, ipsumq;
cessit, nil tamen
ecurus, & manum
indidam uidebat.
genti tuae, male
atutus, timeope-
iorisq; facundia,
raditionisq; di-
roborabimus, &
eius sauroribus
tutes offendem.

hat e is ein secret werte

hat e is ein secret werte


in die
in die

in die



der lune und vrucce

in irstorbenem globe



B.I.G.

Farbkarte #13

IANVS
ORVM
CITATE LI
IN GRATIAM
ticitatem amantium
per Fridericum
KINDVM.
maestes Studiosæ
entuti S.
eterum morosa Sophorum,
s, cumq; Platone Cato.
tius, concedat Erasmus,
rum de grauitate docent.
lat morum simplicitatem,
prodiit ille schola.
uigili perdisce labore,
moribus esse bonis.
RESSVM
D VIADRV M
m Eichorn, anno
550

à ostre mela li per

